









# ГЛАСНИКЪ

ДРУШТВА СРБСКЕ СЛОВЕСНОСТИ.

КЊИГА XII.

У БЕОГРАДУ

У ДРЖАВНОЈ ШТАМПАРИЈИ

1860.



**СРБСКИ ИСТОРИЈСКИ**

**СПОМЕНИЦИ**

**МЛЕТАЧКОГЪ АРХИВА.**

ПРЕПИСАО

**Дръ Янко Шафарикъ.**

(Продужено. Види Гласникъ XI стр. 317 до 462).

---

**MONUMENTA HISTORICA SERBICA  
ARCHIVI VENETI.**

(Continuatio. Vide: Glasnik XI pag. 317 usque 462)

---

eis quae poterunt, et rescribant expectantes nostrum mandatum, procurantes suo posse, quod interim a novitatibus ex utraque parte cessetur. Quibus et comittatur quod bonum et conservationem dictorum nostrorum fidelium de Ragusio procurent in ista ambaxata sua, tam apud dictos dominos, quam alios sicut viderint opus esse. Et fiat dictis ambaxatoribus commissio circa praedicta in ea forma quae dominio apparebit.

Et habeant dicti ambaxatores libras II. cent. pro duobus mensibus pro quolibet, et si ultra steterint, habeant libras L. pro quolibet in mense habendo III. famulos pro quolibet, inter quos sit unus expensator, unus notarius cum uno famulo et unum cochum, et possint expendere sold. II grossorum pro quolibet, in expensis oris pro se et familia sua. Nabula vero et agozia habeant a comuni. Et quia expeditio eorum est utilis et necessaria, teneantur respondere die qua eligentur vel altera. Denarii vero pro expensis ambaxatae accipientur cum ordinibus terrae.

Capta: Quod dicti ambaxatores non possint refutare sub pena librarum C. pro quolibet.



**Сл. 1350. indict. III. 28. Septembris.**

Заклучено: оставити на вољи посланицима кодъ краля Србскогъ и бана Босанскогъ, да се могу вратити у Млетке, ако виде да посредованѣ њиово за миръ никако неуспева.

**Capta:** Cum per litteras ambaxatorum nostrorum missorum ad regem Raxiae et banum Bossinae habuimus, quod nullo modo de concordio inter partes sperant, et quod mora sua est cum expensis maximis et in minus honoris nostri dominii; vadit pars, quod rescribatur dictis ambassatoribus, quod libenter voluissemus, quod aliqua compositio facta fuisset inter dictas partes, ut cesassent errores et scandala inter eos. Sed intellecto tenore litterarum suarum confidentes de providentia sua, relinquimus in discretionem et arbitrio suo, si per ea quae habuerint, viderent posse procurare aliquod bonum inter ipsas partes, eundi et faciendi sicut eis videbitur pro honore nostro. Et si videretur eis, quod mora eorum non esset opportuna, et quod dicta nostra intentio fieri seu obtineri non possit, volumus quod recomendatis instanter domino regi Raxiae terris et locis nostris et omnium subditorum nostrorum cum verbis decentibus et accepto comeatu decenti, Venetias revertantur.

### СIII. 1350. 6. O c t o b r i s.

Налаже се посланицима кодъ краля Србскогъ и бана Босанскогъ, да се превраћаю, него да гледе учинити што годъ могу, да Србскій краљ остави градъ Дубровникъ и Стоњ на миру.

Capta: Quia pridie scriptum fuit ambassatoribus nostris missis ad regem Raxiae et ad banum Bossinae, quod remaneat in eorum discretione secundum ea quae haberent, redeundi Venetias vel manendi, sicut eis videretur. Et pro nova quae habentur de voluntate regis Raxiae, qui forte attendit ad occupationem punctae Stagni, mora eorum utilis et fructuosa existat, vadit pars: Quod scribatur eis, quod non debeant recedere de illis partibus, nisi primo videant manifeste civitatem Ragusii et punctam praedictam remanere et esse in statu securitatis; sed potius procurent omnibus modis quibus melius poterunt, conservationem et bonum nostrorum fidelium de inde, ubi et sicut honori nostro viderint convenire.

Misti del Senato XXVI. ch. 46.

### СIV. 1351. i n d i c t. III. 20. A u g u s t i.

Заклучено: наложитв кнезу Шибеничкомъ, да држи мрръ съ Босанскимъ баномъ, а бану писати о томъ и молити га, да и онъ исто тако поступа према Млетачкимъ людина.

Capta: Et scribatur comiti nostro Sibinici de receptione litterarum domini

bani Bossinae, quarum exemplar transmittatur eidem, mandando ei, quod unum nuncium bene informatum de damnis sibi illatis ad ipsum dominum banum debeat destinare, petiturum restitutionem damnorum praemissorum. Et quod e converso ipse comes restituere debeat eidem domino bano servos suos, si in suo districtu contingerint reperiri; narando eidem comiti de amore intimo inter nos et ipsum dominum banum servato, et quod debeat secum pacifice pertransire quia tempus non est ad praesens discordias suscitare.

Capta: Et scribitur ipsi domino bano de receptione litterarum suarum regratiando sibi de bona voluntate, quam vidimus eum habere et eidem narando, qualiter nostro comiti Sibenici dedimus in mandatis, ut secum et cum gentibus suis pacifice debeat se habere, abstinendo se a qualibet novitate fienda subditis ipsius domini bani, rogando eum quod erga subditos nostros similiter debeat se habere.

Misti del Senato. XXVI.

**CV. 1354. indict. VII. 24. Februarii.**

Известіе Жавина Новелло посланика кодъ цара Србскогъ, о томъ шта е свршио за накнаду неки штета  
Млетачки.

Relatio Zanini Novello, missi domino Imperatori  
Sclavoniae.

Cum zosia che per la Signoria vostra io

Zanin Novello fosse mandado a miser lo Imperador de Sclavonia, a demandar satisfacion de le robason fate per lui et per lo provistial e per Luze de Chimo a i nostri mercandanti da Venesia li qual usava in le parte de Sclavonia, de che io fu la in corte del dito miser lo Imperador, e fu dananti da lui cum quela salutacion reverente, che me parse per parte vestra, ei demandando humelmente e reverentemente per parte de la vostra Signoria, che a lui devese plaser de pagar, over far pagar i sovrascritti mercadanti de la dite robasson. De che molte parole defo, in lo fin elo ordena a Piero fio, che fo de miser Nicola de Buchia, che a tute queste cosse elo devesse pagar e satisfar, de che lo dito signor Piero de Buchia, fo contento de dever pagar a tuti i Veniciani, che se trovase, che se pare miser Nicola protovistial dovese dar, de che dener algun io no avini no e posude aver, salvo queste parole. —

De la robason che Luce de Chimo fese a sr. Polo Quirin, miser lo Imperador dise, ben aver lo sapudo mostrando che lo li sавesse nio niente, ma dise che Ser Polo Quirin vada in corte a far raxon con lui, che le lo pagarave de ze chelo li doverave dar, e fara che Luze de Chimo lo satisfara de la dita robason; e io mostrando li tute raxon segundo che Ser Polo me de in nota. Io non

puti aver altri da lui, si che vegando zo e chele spexe i era grande e che niente poteva aver, son vegnudo anemosia adar ve a saver ze, si che la vostra Signoria se sovignera li sey mercadanti, como li plasera.

Commemoriale V. ch. 27.

### **CVI. 1354. indict. VII. 9 Junii.**

Заклучено, да се о трошку неки Млетачки жителя, имаюћи приѣмати новце одъ Срба, пошлѣ вѣданъ посланикъ у Србию, ради тогъ посла.

Quod in servitium infrascriptorum nostrorum nobilium et aliorum mercatorum conversantium in partibus Raxiae et debentium recipere a rege vel de dictis partibus magnam summam pecuniae, pro quarum satisfactione saepius scriptum est et usque nunc tamen non potuerint habere, possit mitti aliquis nuncius ad expensas eorum, quin placeat dominio ad procurandum satisfactionem eorum, cum verbis et mediis honestis et decentibus, sicut convenit statui et conditionibus nostris cum illa commissis quod videbitur dominationi. pro Nicol. Faletro

- Paulo Zeno
- Franciscus Ruzini
- Tadaeus Zantani
- Zanius Goutier
- Nicolaus Mighorati.

Misti del Senato XXVII. ch. 2.

**CVII.** (1354.) *indict. VII. 6. Augusti;*  
*in Constantinopoli.*

Известіє Матіє Венеріо, байльня Млетачкогъ у Цариграду, послато дужду Андриј Дандуло, о ставно ствари у Грчкомъ царству.

**Extus:** *Serenissimo et excellentissimo domino suo, domino Andreae Dandolo, dei gratia Venetiarum, Dalmatiae atque Croatiae inclito duci et domino quartae partis et dimidiae totius imperii Romaniae.*

*Serenissimo signor mio, per la via de Salonichi, die 8-vo Luio, le condition de inimisi et de l'imperio a la serenitate vostra per mie lettere plenamente scripsi, quel che de novo e ocorso a la celsitudine vostra per queste faro manifesto.*

*Signor mio, como per altre scripsi i Zenoesi de Pera navega sollicitamente non habiando rispetto ni dubio che galee vostre per la presente mudha debia qua vegnir, le duo galee suo, le qual stette fuora mesi III, et plu et nessuna nova i ne saveva in conserva cum una altra de ponente clamada galla die VIII dito, come plaque a dio soura el cavo de la grea prexe per bataya una vostra nave, de la qual era patron ser Tomado da olto, in la qual era eciandio molti merchadanti et auer assee, zomsse in Pera la dite II galee, die 15 del*

dito; et cum grande alegreze et feste come suo costume digando aver vadagnado per la prexa de la nave praedicta ducati dorro **CL.** millia, o lo valor de quey; molto argento elli ave sula dita nave, trovado in casse et in balle de drappi, molto e confortada la universitade de Pera per la vegnuda de le galee praedictae et per lo vadagno chon elli. a fatto, desponudi de tornar al vadagno, in le parta praedictae, o la che meyo i trovasse, et za messe bamcho et arma sollicitamente. Queste nove, me par esser zerte de ne aver ma niente men, voyo che ala sublimitad vostra per mie lettere el sia pallesse. Molto se merauecia tutti chu alde, che tal nave e de tanto valor, co ssi mal compagna da navegasse a questi tempi, el fiol de dio sia benedetto. In Pera partide le dite duae galee non restera homeni darne **III** cent. et plu et men, secondo i navillii suo che va et vien, se Constantinopoli avesse mior condition, assee fameye et burgesi de Pera vigniria ad habitar de qua, ma teme de pizarar per lo mal stado et rezimento che questi signori a, et ancora cum tuto zo e vegnudi et vien.

La condition de questo imperio alpostuto non poria pezorar, misser l'imperador **Catecusseno** parti de questa terra die **22** di **Zugno**, cum galie **XI**, et fo a **Tenedo**, et la trova messer l'imperador

**Palleologo**, el qual no lassa, che le galee se acostaxe al porto; ma a una altra parte del isolla le galee messe scalla per levar aqua, el **Palleologo cum homini L.** de cavallo et pedoni fo a quelle parte et fese barsayar in le galee et vasta et delli algun dampno, de quelli de le galee che iera andadi per levar aqua partisse da homini **C.** et inclina al **Palleologo**, se lle dite galee non fosse levade, la plu parte de iuasmuli et altri seria partidi, vna nave de suriani avea cargado pan in Constantinopoli per portar a le galee predictae, et siando per far vella, **Zenoesi** arma in Pera suo barche et tolsse la nave et menalla zosso, trovando caxon a quey, che su la dita nave era aver de Veneciani, et per questo modo inpaza chel pan non anda ale galee, per la qual cossa et per la caxon dita de li homini che fuziva i qual eciam dio era mal pagadi. **Misser l' imperador predicto** torna cum le galee suo a casa die **XVIII** luo. Per lo viazo dito a pizorado forte la condition soa et dubia, sel **Palleologo** vegnisse, chel no i toya la signoria, et credesse, che **Zenoesi** el voya favorizar, per la qual cossa el **Catacusseno** se vora andar cum **Turchy** et metterne in latteredra per soa segurtade et deffension, de questo la **Vmussitad de Griesi** dubia tanto, che considerando el perigollo che i porra satto zasser et la malla dispositione et cativo rezimento si del **Catacus-**



seno coma del Palleollogo, elli e disponudi no voller per signor, nun l' un ni l' altro, ma subiugarsse a la dogal Signoria vostra, se i lo podesse far et che l' aida et deffession de vostre galie elli podesse aver, se la lor' intencion se po fornir de esser subiecti a la signoria et comun vostro, aver allo per gratia special, quando questo no i podesse vegnir fato, elli e disponudi clamar re domgaria, vel quel de Raxia. Azo che i sia deffesi et varentadi da i Turchy et ensir de la signoria che i tien et simel de Zenoesi de liquial molto dubita. Palesemente a mi e dito da molte parte et per notabel persone, quamvis dio che puocha fe de Griesi se po aver, ancor ad cautelam e ben che a la serenitade vostra sia manifesto.

Per lo armar de le galee II, che se fase al presente o mandado una barcha armada a Negroponte, scrivando et avisando el bello, ducha de Crede et i altri rectori et capitani, azo che ino rezeua dampno ni in navillii ni logi vostri, el camin e mal seguro a poder scriuer per terra per caxon de i Turchy, ma niente men, je no vardo azo ne rest, de scriver sempre, ma per segurtade de le lettere, o trovando questo modo, che como je mandava per altre fiade uno messo no mando II per che i va de note per lo temor de i Turchy, et plu seguri et plu presti va II, che

uno. Formento val anchuo perperi VII, et non e per men vallor fin al novello, ingazaria e formento assee et bone derade. —

Vester Matheus Venerio de vostro mandato baiulus Venetorum in Constantinopoli.

Datum Constantinopoli die VI Augusti VII indiction.

Originale in charta.

**CVIII.** (1355). 17 Julii; in Villa nova Avinionis.

Папа Инокентије укорава дужда Јована Градониго, што се сдружио са краљемъ Србскимъ противъ краља Угарскогъ.

Exemplum quarundam litterarum papalium destinatarum ducali dominio, pro factis regis Hungariae.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio nobili viro Iohanni Grado nigo duci Venetiarum, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tu et dilecti filii commune Venetiarum, cum dei et fidei Catholicae inimicis et hostibus, rege aliisque Rasenis sismaticis et hereticis manifestis, confederationem inistis et lizam, illamque juramentorum interpositionibus et penarum adiectio nibus roborastis. Quod licet attenta sinceritate devotionis et fidei, quam tu et dictum

comune semper ad deum, qui eiusdem fidei actor et capud est, habuistis, credere facile non possumus, tamen tuis et dictorum communis super hoc fame et saluti consulere paterna sollicitudine cupientes et attendentes, quod huiusmodi liga inter carissimum in Christo filium nostrum Ludovicum regem Hungariae illustrem, qui Rasenos eosdem, ad extirpandum de partibus illis pravitatem hereticam, favente domino expugnare proponit et te, invicem dissidentes, ad quorum pacem procurandam enitimur, seminarium maioris disidii esse possit, nobilitatem tuam attente requirimus et hortamur. illam attente rogantes sibi tibi que svadentes paternis consiliis et tuae salutis intuitu, expensius injungentes, quot ab omni consilio, auxilio, favore ac adiutorio, hereticis et sismaticis ipsis occasione huiusmodi confederationis seu lige, aut alterius cuiuslibet paccionis, quocunque titulo seu nomine censeatur prestando, prorsus abstineas, et subditos tuos omnino compescas. Nos enim ligam confederationem, et quascunque pacciones alias inter te seu predecessores tuos, duces Veneciarum et dictos comune, initas factas habitas cassamus et irritamus, et nullius esse determinamus roboris vel momenti, penas et iuramenta huiusmodi relaxantes. Ceterum huiusmodi praecibus nostris adiicimus, ut ea quae venerabilis frater noster, episcopus Paccenus, apostolicae sedis

nuntius, lator praesentium tibi super hoc pro parte nostra retulerit, credas indubie, illaque ad effectum votive consumationis adducas. Datum apud Villam novam, Avinionae ditione. XVI Kalendis Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

Comm. V. ch. 79.

**CIX.** 1355. indict. IX. 31 Octobris.

Закључено, наложити провешиторима Славоніѣ, да свакојко гледају купити за Млетачку државу, подъ изложенимъ условима, одъ госпође кнегинѣ, тврдинѣ Клеу и Скрадинѣ.

Capta: Quod respondeatur provisoribus nostris qui sunt in partibus Slavoniae, quod recepimus litteras suas datas die XIII et XVI. mensis Octubris. Quibus et in ipsis contentis cum omni diligentia intellectis, eorum providentiam et sollicitudinem comendantes rescribimus: quod in casu quo nondum rex Raxiae de facto habuisset vel haberet castra comitissae, quam citius esse potest per illum modum et cum illis verbis quae eis convenientia et utilia videbuntur, recordando dictae comitissae magnam dilectionem et karitatem, quam habuimus et gessimus erga virum suum, et per consequens quam habuimus et habemus ad eam et filium suum, propter quam dilectionem firmiter sperare potuit atque potest, quod honorem bonum et augmentum eius et filii sui praedicti pure

et sincere amavimus et procuravimus, et sic semper amare et procurare intendimus in futurum; et ostendendo ei magnum dubium et periculum, quod sibi et filio provenire posset, si castra et loca sua ad alias manus quam ad nostras, modo aliquo pervenirent, dicant quomodo tempore elapso, propter magnas gravitates nostras quas tullimus, non potuimus sic plene intendere ad factum castrorum suorum sicut optabamus, sed nunc per dei gratiam, postquam status noster reformatus est, contenti sumus accipere castra et loca sua praedicta, in protectionem nostram, cum illis pactis et conditionibus, quae per eam alias fuerunt quaesitae; et hiis dictis procurent inducere eam, quod contentetur et velit nobis tradere castra ipsa. Et si viderent, quod differentia remaneret in facto pecuniae, damus eis finaliter libertatem, ut nostra intentio valeat obtineri, possendi promittere pro ambobus castris, usque ad quantitatem librarum, CXX. mille parvorum, cum aliis conditionibus omnibus in sua comissione contentis, et si ambo forte dare noluerit, sed tantum unum, finaliter possint promittere pro Clipsia usque ad librarum LXX. mille, sicut poterant promittere L. millia, et pro Scardona usque ad libras XL. mille, etiam cum aliis pactis et conditionibus annotatis in eorum comissione praedicta; remanente etiam eis firma libertate, possendi expendere in illis

personis, quae essent favorabiles hiuc nostrae intentioni prout eis comissum fuit.

Capta: et si forte a se dicta comitissa nollet contentari dare nobis castra praedicta vel alterum ipsorum, quia percepimus quod sunt aliquae personae apud ipsam, quae sunt ita cum dicta domina et habent sic sua castra in manibus, quod absque ipsarum personarum consciam vel contentacionem, non traderet seu non posset tradere dicta castra, volumus quod procurent per illum modum, qui eis melior apparebit cum personis praedictis, quod ipsae personae eam hortentur et inducant taliter, quod contentetur et velit dare nobis castra praedicta vel eorum alterum, ut est dictum; possendo promittere dictis personis, quod si operarentur et facerent, usque ad ducatorum II. millia, sicut promittere poterant librarum III. mille, quae pecunia dari debeat solum in casu quo hebeamus ipsa loca, vel ipsorum alterum ut est dictum, ut nostra effectum intentio sortiatur. Et quia bonum est experiri per omnem modum et viam quibus fieri potest, ut intentio nostra valeat adimpleri, videlicet ne castra praedicta ad alienas manus, quam ad nostras perveniant, in casu quo comitissa praedicta nollet exire de locis suis, sed contentaretur potius sustinere et tenere loca sua, et habere aliquam provisionem annuatim, possint dicti

provisores nostri, quando tractatus ad hunc terminum perveniret, promittere ei omni anno pro sua provisione, usque ad terminum quinque annorum libras II. mille parvorum, vel inde infra quam melius poterunt, quae quidem provisio distribuatur inter dictam comitissam et suos sicut melius videbitur provisoribus, pro majori avantagio et securitate nostra; et solvatur dicta provisio complecto termino anni, II. mille librarum, quas recepit a Sr. M a p h e o E m o, hac conditione apposta, quod ipsa domina contentetur, in omni casu quo vellemus et nobis necessarium esset, possimus ponere de gentibus et stipendiariis nostris in burghis Clissiae et Scardonae, in ea quantitate, quam ponere volumus occasione paysenatici, quod fieri facere intendimus, pro securitate et conservatione sua et aliarum terrarum et locorum nostrorum partium earundem.

Capta: (alii) volunt partem suprascriptam per totum, sed volunt quod provisosores nostri possint promittere cum omnibus condicionibus supradictis usque ad libras III. mille parvorum in anno, vel inde infra ut melius poterunt.

Capta: in casu vero quo tractatus praedictae comitissae cum rege praedicto, fratre suo, complectus esset, ita quod haberet vel habiturus esset procul dubio

loca iam dicta, et hoc turbari vel impediri non posset, modo ullo, ex nunc captum sit, quod unus ipsorum provisorum nostrorum, videlicet ille, qui approbatis omnibus tribus in isto consilio habuerit plures ballottas, habendo majorem partem consilii, ire debeat ad ipsum regem, ad procurandum, tractandum et comparandum cum illis verbis, quae dominationi convenientia videbuntur, quod ipse rex contentetur et velit, quod habeamus loca et castra praedicta; vel quod saltem sibi placeat ea sustinere ita, et taliter, quod ad alienas manus non perveniant ullo modo; et ut rex praedictus inducatur ad contentandum de dando nobis castra praedicta, habeat dictus provisor in omnibus et per omnia illam libertatem, possendi promittere totam illam pecuniae quantitatem, quam habent in possendo permittere comitissae. Praefatus namque provisor iturus possit expendere ducatos quinque in die in omnibus expensis pro se et familia sua, ducendo secum notarium suum, unum interpretem, unum chochum et quatuor domicellos.

Capta: et si primus ex praedictis nostris provisoribus, qui remanebit in hoc consilio, non posset ire ad istud nostrum servitium, pro exequendo hoc mandatum nostrum, propter manifestum defectum personae, ille alter qui habuerit plures ballottas alio tertio, debeat ire loco primi praedicti; et si secundus qui



remanebit ob defectum similem ire non posset, alius tertius vadat et exequatur mandatum nostrum praedictum.

Approbati fuerunt provisores praedicti ad unum ad unum. Sr Jacobus Delphino 1mus, Sr Dominic. Michael 2dus, Sr Mapheus Contareno 3ius.

Misti del Senato XXVII. ch. 39.

### CX. 1355. indict. IX. 7. Decembris

Наставленѣ послато Якову Делфину пославику кодѣ краля Србскогѣ, тичуѣ се тврдиня Клансе и Скрадива.

Capta: Quod scribatur Sr. Jacobo Delphino provisorio et ambaxatori nostro ituro ad partes Rasciae, quod intellectis litteris, missis nobis per eum et socios, datis Spaleti die XVII. Novembris, mentionem agentibus de ambaxatore domini regis Rasciae venturo ad nos et c. Mandamus ei, quatenus si nondum recessisset de Spalato, seu non transisset Ragusium pro eundo ad praesentiam regis, pro exequendo mandatum nostrum, debeat in Ragusio, vel ubi se repererit quando recipiet hoc mandatum nostrum, suspendere viam suam, et non ire magis ultra, donec a nobis aliud receperit in mandatis. In casu vero quo jam transisset Ragusium et applicuisset in curiam regis praedicti, si nondum se elargaverit et non fecerit ali-

quam promissionem specificatam regi in facto pecuniae pro castris **C l i s s i i** et **S c a r d o n a e** secundum libertatem sibi per nos concessam; volumus et sic ei mandamus, quod nullo modo se elarget de faciendo aliquam promissionem specificatam pecuniae dicto regi, sed tantum tangat sibi verba tractatus dictorum castrorum, et trahat quidquid poterit de intentione dicti regis, et de petitionibus quas faceret pro dictis castris, et quam velocius poterit nobis scribat, quidquid habuerit, ut possimus postmodum melius deliberare, quid erit superinde agendum, et nostrum praestoletur mandatum. Si vero jam forte fecisset promissionem specificatam regi pecuniae, scribat velociter responsionem, quam habuerit ab ipso rege et in quo statu remansit negotium et non procedat ulterius, absque mandato nostro.

Capta: Quod postquam negotium istorum castrorum **C l i s s i i** et **S c a r d o n a e**, pro quo negotio erat necessaria praesentia aliorum duorum nostrorum provisorum **Sclavoniae** finem recepit, Vadit pars: quod alii duo provisoires nostri licentientur, quod possint reverti **Venetias**, cum eorum mora in dictis partibus, non sit ulterius opportuna. Et in reversione sua vadant **J a d r a m** et **N o n a m**, et informant se tam de facto **Cave Nonae**, quam etiam de omnibus aliis quae essent necessaria pro salute et conservatione ipsarum

terrarum nostrarum, sicut in eorum commissi-  
onibus pleniter dedimus in mandatis.

Misti del Senato XXVII. ch. 49.

## CXI. 1355. 12. Decembris.

Известіе провидутора Славоніе послато Дужду Мле-  
тачкомѣ, тичуће се рата између цара Србскогѣ и краља  
Угарскогѣ, око тврдиня Класе и Скрадина.

Excellentissime domine noster. Novit ves-  
tra excellentia quod die nono huius praesen-  
tis mensis recepimus quandam litteram a  
comite Paulo, continentes quod illi de Scar-  
dona, non contentantur stare sub dominio  
domini imperatoris Raxiae, sicut  
per litteras in praesentes interclusas videre  
poteritis. Scivimus etiam quod in Tinino fit  
maxima congregatio gentium, sed ad quid  
nescimus. Ex quibus novis visum fuit nobis,  
quod unus nostrum iret Sibenicum et cum  
comite Sibenici notificare haec omnia, cas-  
tellano Scardonae eo modo et via, ut ei me-  
lius videbitur, et vadit illuc Maphaeus Conta-  
renus. Ego vero Dominicus Michael rema-  
neo in Spaleto. Et responsum fecimus co-  
miti Paulo praedicto tenori suarum litte-  
rarum cum illis verbis prout nobis visum fuit,  
dando ei prolongationem verborum, et sic  
facimus donec a vestra dominatione habebi-  
mus responsivam. Rocha autem castri Clis-  
cii prout vobis alias scripsimus, tenetur per

dominum Palmanum, nomine domini imperatoris Raxiae, suburgium autem cum porta superiore et cum saxo quod vocatur Oprack, tenet dominus banus nomine regis Hungariae. Aliqui ex istis partibus allocuti fuerunt nobiscum, asserentes quod si vellemus aliquam pecuniae quantitatem concedere domino Nicolao bano praedicto, quod ipse dimitteret dicto domino Palmano totum quod tenet de Clisscio, ut ipse Palmanus primitus tenebat et ipse banus reverteretur ad suas partes, quas tenet pro domino rege. Quibus verbis responsum fecimus, quod ipsi deberent persentire ab ipso domino bano de sua intentione et quod exprimant quantam pecuniae quantitatem vellet et notificent nobis, quos intendimus ducere in prolongatione verborum, donec a vobis super hoc habebimus responsivam. Nihilominus idem dominus banus fortificat se in dicto saxo Clisscii, quantum potest, tam de hedificio muri, quam lignaminis. Omnia autem haec nova tam dicto domino imperatori Raxiae, quam etiam domino Jacobo Delphino per plures manus nota fecimus, nova vero alia non habemus. Si qua vero postmodum alia occurrerent conscribenda statim dominationi vestrae procurabimus denotare. Suplico tamen ego Dominicus Michael quod si vestrae dominationi placet, quod remaneam in partibus istis,

quod dignemini ad me unum notarium trans-  
mittere, quia non possumus hic habere ali-  
quem, qui michi scribat, cum est necesse.

Dominicus Michael	}	de vestro manda- to provisos ad partes Sclavoniae.
Mapheus Contarenus		

Data Spaleti die XII Decembris.

A tergo: Illustri et excellentissimo do-  
mino domino Iohanni Gradonigo, dei  
gratia Venetiae Dalmatiae atque Crohaciae  
inlyto duci dominoque quartae partis et  
dimidiae totius imperii Romaniae, eorum do-  
mino reverendo.

Spalletum per  
provisos Sclavoniae pro novis.

Litterae originales cancellariae secretae.

**CXII.** 1355. ind. IX. 16 Decembris.

Заклучено наложити главномъ вођи войске Млетачке  
Бернарду Юстинианію, да притече у помоћ тврдни-  
ма Клясси и Скрадину, и ако е икакo могуће да гледи  
добыти иј подъ Млетачку заштиту.

Capta: Cum propter nova quae nunc ha-  
bita sunt, requiratur subita provisio, propte-  
rea vadit pars: Quod hac nocte mittatur una  
persona sufficiens ad capitaneum nostrum ge-  
neralem Sr Bernardum Justiniani,  
per quam ei significantur nova praedicta quae  
habentur. Et mandetur eidem capitaneo, quod

cum galeis sibi commissis, non intelligendo galeas quae fuerunt ad mercatum, quam citius poterit vadat ad terras nostras Sclavoniae; videlicet Spaletum, Tragurium et etiam Sibiricum, si ei videretur esse necesse illuc ire, et habita collatione cum rectoribus nostris illarum terrarum, et percepta ab eis omni informatione quam poterit super novis praedictis et super provisionibus quae viderentur fiendae, provideat per omnem modum et viam, quibus melius fieri poterit cum suis consiliariis, de dando subsidium et favorem, sicut dicto capitaneo et consiliariis seu maiori eorum parti videbitur, castris Clissii et Scardoniae, ut se sustinere possint; si hoc facere posse videbunt cum salvamento et securitate gentis nostrae sibi commissae. Et si dicta loca seu castra habere possent vel per modum tractatus vel per alium modum, cum securitate tamen gentis nostrae praedictae, ea suscipiant in protectione et custodia nostra. Si vero non viderent posse succurere castris praedictis, stent apud terras nostras praedictas pro confortatione fidelium nostrorum illarum partium, providendo de omni subsidio et auxilio, quod esset oportunum terris nostris praedictis. Et licentiando armatas nostras a mercato ut possint venire directe Venetias, et scribant nobis velociter quidquid fecerint et habuerint, non recedendo de dic-

tis partibus absque mandato nostro. Et provideatur nihilominus interim de hiis quae viderentur providenda pro honore nostro et conservatione terrarum et locorum nostrorum partium praedictarum.

Et portet dictus iturus litteras nostras continentes nova habita et hoc mandatum nostrum, et eas dimittat in qualibet terra et loco nostro ad quam vel ad quem ibit, ut in casu quo non posset reperire capitaneum nostrum predictum, idem capitaneus per rectores nostros habere possit ipsa nova et dictum mandatum nostrum.

Misti del Senato XXVII. ch. 50.

### СХІІІ. 1355. 17. D e c e m b r i s

Налаже се Капетану мора и нѣговимъ саветницима, да гледе добити тврдивѣ Клиссу и Скрадинѣ и за новце; а ако они, у чимъ су рукама, неби другчиѣ никако хтели, онда да њ њ узму и тако подѣ Млетачку заштиту, да оне остану цара Србекогъ; само да небы пале у Угарске руке.

Capta: Quod Capitaneo nostro maris et consiliariis suis scribatur, quod in casu quo castra Clissii et Scardoniae non possent habere per modos quibus haberi scripsimus, et viderent ea posse habere promittendo aliquam pecuniae quantitatem, possint promittere et expendere pro habendo ambo ipsa castra cum fortificiis suis, usque ad

libras C. mille parvorum, et in casu quo ambo haberi non possent, possint promittere pro quolibet ipsorum usque ad libras. L. mille parvorum. Verum si forte illi qui tenent ipsa castra, recusarent illa dare nobis absolute, et vellent ea nobis dare, ut ea conservaremus et teneremus nomine domini imperatoris Raxiae, sumus contenti, quod ipsa recipere possint et recipiant modo praedicto, quia quocumque vitetur quod non vadant in manus Hungarorum, satis haberemus nostram intentionem.

Capta: Quod in casu quo capitaneus noster nondum applicuisset ad dictas partes Sclavoniae, comittatur provisoribus nostris et rectoribus nostris Spaleti, Tragurii et Sibenici, quod cum omni sollicitudine et diligentia oportuna, per maiorem partem ipsorum, exequantur hoc mandatum nostrum praedictum. In casu vero quo praedicti provisoribus nostri iam de dictis partibus recessissent, rectores nostri praedicti per maiorem partem ipsorum exequantur dictum mandatum nostrum.

Capta: Ut non sustineatur gravitas expediens propter moram galearum nostrarum in partibus Sclavoniae, vadit pars: pro faciendo ipsas galeas nostras ad propria remearum, quod armentur cum illa sollicitudine, qua fieri potest, duo ligna subtilia cum, illo soldo



quod dominio apparebit, pro mittendo ipsas ad partes Sclavoniae praedictas.

Misti del Senato: XXVII. ch. 50.

### CXIV. 1355. 19. Decembris.

Заклучено са посланикомъ краля Србскогъ оправити едногъ бележника къ Млетачкомъ посланику Якову Делчину, съ налогомъ да овай свакояко гледи добити Клевсу в Скрадинъ одъ Србскогъ цара, за новце; ако ли међутимъ Србскій краљ изгуби ове тврдниѣ, онда посланикъ да се врати у Млетке.

Capta: Quod pro hiis quae exposuit ambassator domini regis Raxiae, mittatur unus notarius noster plene informatus de ambaxata dicti domini regis, simul cum dicto ambaxatore ad capitaneum nostrum generalem maris et consiliarios eius, vel ad rectores nostros Sibenici, Tragurii et Spalefi et provisos nostros, si capitaneus noster nondum applicuisset ad partes illas; per quem quidem notarium nostrum detur plena informatio ipsi capitaneo nostro et eius consiliariis. Videlicet rectoribus nostris et provisoribus in casu quo idem capitaneus noster nondum illuc applicuisset, ut dictum est, de ambaxata praedicta domini regis. Et committatur eidem capitaneo nostro, vel rectoribus et provisoribus praedictis, quod cum omni sollicitudine et diligentia opportuna procurent et studeant de habendo et obtinendo

castra Clissii et Scardonaе, vel alterum eorum, si ambo haberi non possent; offerendo tenere et custodire ac conservare ea nomine dicti domini imperatoris praedicti, possendo promittere ob hoc isti ambaxatori, si erit sausa faciendi obtinere hoc, et illis personis quae eis vel maiori parti ipsarum viderentur, usque ad libras. III. mille parvorum. Et viso fine istius negotii tam si obtinuerint dicta castra, quam non, deinde dictus noster notarius simul cum ambaxatore praedicto vadat ad Sr Jacobum Delphino, ambaxatorem nostrum, cui informato primo de ambaxata praedicta, comittat pro nostra parte, quod cum omni sollicitudine vadat ad praesenciam domini regis praedicti, et procuret quod ipse rex contentetur quod castra praedicta libere in manus nostras deveniant, possendo finaliter promittere pro habendo ambo ipsa castra cum burghis suis usque ad libras. C. mille parvorum, et si ambo haberi non possent, possit promittere finaliter pro Clissia cum burgho usque ad libras. LX. mille, et pro Scardona cum burgho usque libras, XL. mille, cum conditione quod dicta pecunia dari vel solvi non debeat, nisi primo dicta castra cum burghis assignata fuerint in manibus nostris. In casu vero quo castra praedicta essent subtracta de manibus regis Raxiae, comittatur Sr Jacobo Delphino, quod redeat Venetias. Et

pro honore nostro, sicut etiam pro dando omnem bonam causam isti ambaxatori, committatur praedicto notario nostro, quod continue faciat expensas isti ambaxatori et comitive suae, quousque applicuerint ad praedictum Sr Jacobum Delphinum.

Misti del Senato XXVII. ch. 50.

### CXV. 1355. 28. Decembris.

Заклучено, послати помоѣхъ у оружію и новцу у тврдиню Скрадинѣ, и наложити капетану землѣ Славоніе, да гледи новцемѣ склонити войску Угарску и Славонску, да одступи изъ вароши Классе кою е заузела, а исто тако да се потруди склонити госп. Палмана, кон држи тврдиню Классеу за цара Србскогѣ, да ову уступи Млетцима.

Capta: Quod mittantur infrascriptae res quas comes noster Sibenici et provisor noster Sr. M a p h e u s C o n t a r e n o instanter petunt, pro mittendo eas S c a r d o n a m; videlicet:

Tabulas de Tayola: . . . m.

Trabessellas . . . . . cc.

Claves Mezane . . . . . c.

Item Clavorum Barillas . . III.

videlicet duos de sexcentis, et unum de sexena.

Item: Ballistae a turno . . II. cum veretonibus

Item: Ballistae ab uno pede. X.

Item: Capsae Veretorum . IV.

Item: Pavessos . . . . . XX.

Capta: Item provideatur de mittendo pecuniam pro solvendo banderiae, quae est in **S c a r d o n a**, pro mensibus tribus.

Et in quantum fieri potest sollicitetur recessus capitanei nostri paysenatici **S c l a v o n i a e**, ut ipse recedat omni occasione remota ad terminum ordinatum et cum conditionibus, cum quibus captum est, et provideatur de accipiendo quam sollicitius fieri potest, gentes ordinatas accipi. Informeturque capitaneus noster praedictus de hiis quae nobis miserunt dicendo rectores et provisores nostri partium **Sclavoniae**, videlicet tam super facto tractandi de faciendo removeri et recedere exercitum **Hungarorum** et **Sclavorum**, qui est in burgo **Clissii**, cum promissione pecuniae, quam etiam de tractando cum illis **Ciprianicis** et aliis **Sclavis** contrate, qui hostendunt se dispositi et affectuosi veniendi ad gratiam nostram et cet. Et propterea ipsi capitaneo committatur, quod applicato ipso ad partes **Sclavoniae**, provideat tractare per illum meliorem et cautiorem modum, qui suae prudentiae apparebit, tam cum bano, quam etiam cum comite **Iohanne** et aliis personis, quae sibi viderentur, ut faciant removeri et recedere exercitum praedictum de **Clissia**, ita et taliter, quod dictus locus **Clissii** remaneat bene securus ab eis, et possit finaliter pro hoc obtinendo

cum effectu promittere illis personis, quae sibi videbuntur, ut dictum est, usque ad libras X. mille parvorum. Verum antequam faciat promissionem praedictam per illum dextrum modum qui sibi melior apparebit, procuret toto posse seu procurari faciat cum illo **Palmano**, qui est pro rege **Raxiae** in castro **Clissii**, quod in casu quo idem capitaneus noster obtinere valeat id quod superius dictum est, scilicet de faciendo recedere dictum exercitum cum promissione pecuniae pro liberatione castri, ipse dominus **Palmanus** offerat et promittat dare et consignare libere in manibus ipsius capitanei nostri, nomine nostro, castrum praedictum **Clissii** cum conditione, quod restituente nobis domino rege **Raxiae** pecuniam praedictam, restituemus sibi castrum praedictum. — Super facto vero illorum **Ciprianicorum** et aliorum **Sclavorum**, qui dicuntur quod libenter adhaerent nobis et c. Comittatur dicto capitaneo, quod per illum meliorem modum, qui sibi videbitur, det operam de conferendo cum eis et ipsos audiat et trahat ab eis quidquid poterit de dispositione eorum et de his que peterent, ac de cautelis quas nobis praestare vellent, et scribat nobis quidcumque habuerit et sibi videbuntur in his, dando eis omnem bonam spem et confidentiam de nobis. — Procuret insuper Capitaneus noster praedictus, quod castrum **Scardonae** libere

remaneat in custodia et protectione nostra, et quod gentes regis Rasciae, quae sunt simul cum nostris in castro praedicto, recedere contententur.

Capta: dominus dux vult partem praedictam cum ista additione: Quod non possit prorogari terminus recessus dicti capitanei sub pena librarum III. cent. pro quolibet consiliario et capite, vel alio qui poneret seu consentiret partem in contrarium.

Mistidel Senato XXVII. ch. 52.

**CXVI.** 1356. indict. IX. 10. Januarii,  
in castro Scardone.

Уговоръ о предан тврдинѣ Скрадина, коју Юра Нсете, кастелянъ цара Србскогъ Стефана, предав у Млетачке руке.

Instrumentum traditionis castri suprascripti  
Scardone.

Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, indicione nona, die decimo Ianuarij, in castro Scardone, apud portam ipsius castri, presentibus nobilibus viris dominis presbytero Petro Venerio ecclesie sancti Raphaelis de Venetiis, Nicolao Justiniano contrate sancti Pantaleonis, ser Matheo Faxuol de Clugia, ser Jacobello Barozi de Venetiis. magistro Hendrico de la motta curay-

co, quondam domini Gabrielis et aliis pluribus testibus. Cum dominus Juras Ysete filius quondam Helie de Raxia, castellanus in castro Scardone pro serenissimo domino domino Stephano imperatore Raxiae, habuerit in mandatis a dicto domino imperatore ejus domino, cum sibi committeret custodiam dicti castri Scardone, quod si casus occurreret quod ipse dominus Juras es non posset tenere, regere, et salvare ac defendere dictum castrum Scardone nomine dicti domini imperatoris, quod ipse deberet dictum castrum ponere et dare in manibus dominationis et comunis Venetiarum, de qua dominatione plenissimam fidem habebat idem dominus imperator, tenendum custodiendum et salvandum per ipsam dominationem, nomine dicti domini imperatoris, et casus presentialiter instet talis, quod dictum castrum ipse castellanus dominus Juraxes tenere defendere et salvare non potest nomine dicti domini imperatoris, propter potentiam domini regis Hungarie, et gentis ejus, que est in castro Clissie, querentis et volentis occupare dictum castrum Scardone nomine domini regis Hungarie, et ideo dominus Juraxes castellanus predictus considerans et videns ac cognoscens clare, quod non posset se et dictum castrum ab ipsa gente dicti domini regis Hungarie defendere et salvare nomine dicti domini imperatoris, et

volens omne periculum evitare, et mandatum dicti domini imperatoris fideliter observare, recepit in dictum castrum nobilem et sapientem virum dominum Bernardum Justinianum, procuratorem sancti Marci de Venetiis, et generalem capitaneum maris pro dominatione ducali, ac nobilem et sapientem virum dominum Laurentium Celsi, dicte dominationis in partibus Slavoniae generalem capitaneum, nec non nobiles et sapientes viros dominos Fantinum Mauroceno Jet ohanem Daudulo, dicti domini capitanei maris consiliarios pro dicta dominatione, ac etiam nobilem et sapientem virum dominum Marcum Justinianum comitem Sebenici, et nobiles et sapientes viros dominos Dominicum Michaellem, et Mapheum Contareno provisos in partibus Slavonie pro dicta dominatione ducali, et ipsum castrum eisdem dominis capitaneis, consilio, comiti, et provisoribus predictis recipientibus vice et nomine dominationis et comunis Venetiarum, tradidit et consignavit, tenendum, custodiendum et salvandum pro dicta dominatione, nomine dicti domini imperatoris ac ipsi domino imperatori, seu ejus filio per dictam dominationem restituendum, quandocumque ipsi domino imperatori seu ejus filio de ipso castro possit facere omnimodam voluntatem suam, quod domini capitanei, consilarii, comites, et provisos prefati dictum castrum receperunt nomine su-



prascripto, ac etiam promiserunt eidem domino Juraxes castellano praedicto recipienti vice et nomine dicti domini imperatoris et ejus filii, dictam restitutionem dicti castri facere eidem domino imperatori seu ejus filio quodcumque sibi placuerit, ut promissum est. Et ad corroborationem dicte restitutionis, et pro ipsa restitutione firmiter facienda, ut promissum est, ipsi domini capitanei, consilarii, comes et provisores predicti nomine dominationis et comunis Venetiarum corporaliter juraverunt ad sancta Dei evangelia. factis scripturis. eidem domino Juraxes predicto castellano, nomine dicti domini imperatoris seu ejus filii, dictum sacramentum petenti et recipienti dictam promissionem et restitutionem dicti castri Scardone libere facere, ut superius dictum est, dicto domino imperatori vel ejus filio.

Ego Lanzarotus de Contrariis etc.

Commemor. V. ch. 48.

**CXVII.** 1356. indict. IX. 10. Januarii  
in Scardona.

Писмо коньмъ Млѣтчиѣнъ обеѣаю кастеллану Скрадинскомъ Юри Исету, да ѣду се за ѣгга постарати, ако бы Србскій царъ или ѣговъ синъ негодовали збогъ предае Скрадина.

Instrumentum promissionis facte castellano castri Scardone pro traditione ipsius castri.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatís ejusdem millesimo trecentesimo quinqu-

gesimo sexto, indicione nona, die decimo mensis Januarij, in Scardonia in ecclesia sancte Marie de dicto loco Scardone, presentibus venerabili viro domino Georgio archidiacono dicte ecclesie, et nobili viro domino Nicolao Justiniano de contrata sancti Pantaleonis de Venetiis, Mattheo Faxuol de Clugia, presbytero Petro Venerio ecclesie sancti Raphaelis de Venetiis, Bartholomeus Thomaxii de Sacillo, ser Mapheo Ardizano de Venetiis habitatore Sibenici et aliis.

Nobilis et sapiens vir dominus Bernardus Justinianus procurator sancti Marci et maris capitaneus generalis pro dominatione Venetiarum, nec non nobilis et sapiens vir dominus Laurentius Celsi Sclavonie capitaneus generalis pro dominatione predicta, ac etiam nobiles et sapientes viri domini Fantinus Mauroceno, et Johannes Dandolo consilarii domini capitanei maris pro dicta dominatione, ac nobilis vir dominus Marcus Justinianus Sibenici comes, nec non nobiles et sapientes viri domini Dominicus Michael, et Mapheus Contareno in partibus Sclavonie provisors pro dicta dominatione. Considerantes liberam reassignmentem quam eis nomine dicte ducalis dominationis recipientibus fecit dominus Jurases filius quondam Helie de Raxia, castellanus in castro Scardone pro domino impera-

tore Raxie de dicto castro Scardone nomine dicti domini imperatoris, promiserunt eidem domino castellano, recipienti pro se et ejus filiis et familia ac vice et nomine Nicolai et Blandini ejus fratrum, et filiorum ipsorum, quod si casus occurreret quocumque, quod idem dominus imperator, si vivus esset, seu ejus filius, si reperiretur mortuus dictus dominus imperator, gravaretur et indignaretur contra dictum dominum Iuraxes pro dicta reassignatione dicti castri, sic facere et curare, quod dicta dominatio Venetiarum eundem dominum castellanum cum filiis et familia ejus, ac dictos ejus fratres cum filiis et familiis eorum. recipiet in brachiis suis, ac eis et cuilibet eorum sic et taliter providebit, quod ex ipsa provisione vivere poterunt cum filiis et familiis eorumdem, et merito seu rationabiliter contentari debebunt, et ad maiorem firmitatem omnium predictorum. predicti domini capitanei consilarii, comes et provisores, et quilibet ipsorum, sacramento ad sancta Dei evangelia tactis sacrosanctis scripturis prestito per eodem, firmaverunt dictam eorum promissionem, et dicto domino castellano stipulanti et recipienti ut super obligaverunt omni modo et jure, quibus melius potuerunt, omnia bona dominationis ducalis ac etiam ipsorum et cujuslibet eorum, pro omnibus et singulis predictis firmiter attendendis, et observandis.

Ego Lanzarotus de Contrariis de Ferrara, publicus imperiali auctoritate notarius, nec non notarius et cancellarius dicti domini capitanei Sclavonie, predictis omnibus et singulis interfui, et rogatus scripsi, et publicavi.

Commemor. V. ch. 48.

### СХVIII. 1358. 6. Octobris, Tynini.

Јованъ банъ Далматинскій и Хорватскій захтева одъ Млетачке владе, да не брани галијама и лудима његовинимъ њи моремъ противъ краља или цара Србскогъ или Рашкогъ, кон е у рату са краљемъ Угарскимъ његовинъ господаромъ.

Exemplum literarum Iohannis totius Dalmatie, et Crohatie bani, dominique terre Halme honorabilis.

Cum dominus noster rex Hungarie ad presens habeat guerram cum rege sive imperatore Raxie seu Servie, et aliqua lingua nostra intendamus mittere contra emullos domini nostri regis per mare. Quare amicitiam vestram presentibus requirimus diligenter, quatenus placeat vestris galeis scribere, ut nostris hominibus per mare euntibus ne velint nocere, nec eosdem aliquo colore impedire. Nam ipsi homines nostri nulli nocebunt, nisi emullis dicti domini nostri regis prenotatis.

Data Tinini sexto die Octobris.

(1358. annus in indice expressus.)

**CXIX.** 1361. 5. D e c e m b r i s.

Заклучено посредовати за помиренѣ између Дубровчана и Которана, кои су се заратили, и тога ради послати къ њима едногъ посланика.

Capta: Quia magno honori esset nobis si nobis mediantibus posset trahari concordium et pax inter Ragusinos et Catarinos de guerra existente inter eos, et sicut senti-ri potest hoc esset gratissimum utrique partium; Vadit pars, quod mittatur unus nobilis eligendus in isto consilio, ad dictas partes, qui pro parte nostra faciens ambaxatam utri-que parti procuret et faciat, quidquid boni poterit, ut possint venire ad reconciliationem et pacem; et facto per eum quidquid fieri poterit cum honore nostro in facto praedicto, Venetias revertatur. Et possit expendere dictus ambaxator ultra nabula navigiorum, quae solvantur per comune, ducatos III. in die, et respondeat die qua eligetur vel altera.

Misti del Senato. XXX. ch 41.

**CXX.** 1361. 6. D e c e m b r i s.

Заклучено, да онај посланикъ, кон ће њи да посредуе за миръ између Дубровчана и Которана, иде и кнезу Вонславу и другој околной господи, истогъ посла ради, ако за добро пађе.

Capta: Cum pars heri capta de mittendo unum ambaxatorem ad Raguseos et Catarinos non contineat, quod si expediet,

possit ire alio pro tractando concordio inter eos, et dicatur quod est quidam comes Voysclavus et aliqui alii, ad quos esset necessarium ire pro bono fine dicti facti; Vaddit pars, quod comittatur dicto ambaxatori, quod tam ad dictum comitem, quam ad alias personas ibi circum stantes possit ire, sicut pro bono reconciliationis et pacis dictorum comitum et honorem nostri viderit convenire.

Ellectus ambaxator: Sr. Paulus Quirino Sr. Thomae. Sr. Andreas Grino et Sr. Iohanes de Priolis.

Misti del Senato XXX. ch 41.

**CXXI.** 1362. indic. XV. 3. Julii,  
Venetiis.

Дуждъ Млетачкїи дарує право грађанства кнезу Воиславу, великоме сановнику цара Србекогъ; а исто тако и браћи Срацимиру, Ђорђу и Балши властелима приморске Славонїе

Privilegium comitis Voyslai.

Laurentius Celsi Dei gratia dux Venetiarum et c. Universis et singulis tam presentibus quam futuris et tam amicis quam fidelibus presens privilegium inspecturis salutem, et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consuevit personas honorabiles sibi devotas et fideles honoribus prevenire, ipsorumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas

dotalibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatu nostro devotiores fide et operibus se ostendunt: attendentes igitur multiplicis fidei puritatem et devotionis plenitudinem, quam magnificus et potens vir **Voyslaus comes** et magnus procer serenissimi domini imperatoris **Slavonie**, ad nostre magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit. Qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus ejusdem tangentibus, devotum et promptum laudabiliter et incessanter se prebuit, atque prebet, supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, eum cum suis filiis et heredibus, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, perpetuo in nostrum civem et Venetum recepimus atque recipimus et Venetum et civem nostrum fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari; ipsumque sincere benevolentie brachiis amplectantes, et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, immunitatibus et honoribus quibuscumque, quibus alii cives Veneti gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus et potens vir **Voyslaus comes** cum dictis suis filiis et heredibus in Venetiis et extra, perpetuo gaude-

at et utatur. Idem quoque nobis per nobilem virum Paulum Quirino, honorabilem civem nostrum procuratorem eius, solemniter ad sancta Dei evangelia prestitit fidelitatis debitum juramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam plenioris presens privilegium fieri jussimus, bullaque nostra pendente aurea comuniri.

Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, indictione quinta decima, die tertio mensis Julii.

Eo die factum fuit simile privilegium in personas egregiorum virorum **S**trazimiri **G**eorgii et **B**alse fratrum, magnificorum baronum maritime Slavonie, et bullatum bulla pendente argentea, prestito juramento fidelitatis pro ipsis, et ipsorum nomine per nobilem virum **A**ndream **B**onzi civem Venetiarum procuratorem ipsorum.

Commemor. VI. ch. 139.

### **CXXII.** 1363. 27. Aprilis.

Писмо које се Никола Јустинијани именује канетаномъ трио галия, кое беду њи по ћерку Дуке Драчкогъ, коју узима за жену Канцѣ де ла Шкала.

Nos **L** Laurentius **C**elsi dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro **N**icolao **I**ustiniano dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato vadas et sis capitaneus istarum trium galearum quas mu-



tuavimus et de gratia concessimus armari hic, per dominos de la Scala, pro eundo in Apuleam ad levandum filiam condam domini Duche Durachii, quam dominus Canis Signorius de la Scala in uxorem accepit, regendo et gubernando eas et gentes earum ad honorem nostrum et habendo et haberi faciendo bonam curam et diligentiam tam ad conservationem gentis nostrae, quam ipsarum galearum et corredorum, sicut pro bono nostri comunis et nostro videris convenire et cet.

Originale in pergamene

**CXXIII.** 1364. indict. III. 7. Septembris, Venetiis.

Дуждъ Млѣтачкій даруе право граѣанства бану Босанскомъ Твртку, вѣгвовомъ брату Вуку, и вѣовой матери Ёлени.

Privilegium civilitatis de gratia domini bani Bossine, ejusque fratris, et matris eorum.

Laurentius Celsi Dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris, et tam amicis quam fidelibus presens privilegium inspecturis salutem, et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consuevit personas illustres et magnificas sibi devotas et

fideles honoribus prevenire, ipsorumque fidem, et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus conval-  
lare, et petitiones earum liberalius exaudire, quanto delectui nostro devotiores fide et ope-  
ribus se ostendunt. Attendentes igitur mul-  
tiplicis fidei puritatem et devotionis plenitu-  
dinem quam illustres et magnifici domini  
Tuertco dei gratia totius Bosine  
banus, comes Wolfejus frater, et  
Helena comitissa eorum genitrix,  
ad nostre magnitudinis excellentiam habere  
promptis affectibus se ostendunt, qui in agen-  
dis nos ducatum nostrum et singulares per-  
sonas Venetas tangentibus, devotos et promp-  
tos se incessanter prebuerunt laudabiliter at-  
que prebent, eorum supplicationibus gratiosi-  
us anuentes, ipsos et ipsorum quemlibet  
cum suis heredibus nostrorum omnium con-  
siliorum, et ordinamentorum necessaria so-  
lemnitate servata, perpetuo in nostros cives  
et Venetos recepimus atque recipimus, et  
Venetos et cives nostros fecimus et facimus,  
et pro Venetis, et civibus nostris in Venetiis  
et extra, ubi libet, deinceps haberi et pro-  
curari omni effectu et plenitudine volumus  
et tractari, eosdem sincere benevolentie bra-  
chiis amplectantes et firmiter statuentes, quod  
singulis beneficiis, libertatibus, et immunita-  
tibus ac honoribus quibuscumque, quibus alii  
nostri cives Veneti gaudent, et perfrui dig-

noscuntur, prefati domini **W**olf et **H**elena cum dictis eorum heredibus, in Venetiis et extra perpetuo gaudeant, et utantur. Nobis quoque per nobilem virum **M**arcum **B**onsii civem nostrum eorum fidelem familiarem, solemniter ad sancta Dei evangelia prestiterunt fidelitatis debitum iuramentum. In quorum omnium fidem, et evidentiam plenioram presens privilegium fieri mandavimus, nostraque bulla pendente aurea communiri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, die septimo mensis **S**eptembris, tertie indictionis.

Commemor. VII. ch. 37.

**CXXIV.** 1366. dominica palmarum, datum in **B**osina.

Писмо Босанскогъ бана Твртка и њгове матере Елене Дужду Млетачкомъ Марку Корнару, у комъ га увераваю о свомъ прѣateljству, и моле да се претрпи збогъ увреда нанешени Млетчѣина одъ Босански властела, и збогъ неки фалшиви поваца, да ће му дати удовлетворенѣ докъ се болъ утврде у власти, у кою су повраћени помоћу краля Угарскогъ Лудвига, по чемъ су њи властели Босански были протерани.

Litera bani **B**osne misse ducali domino, cui suprascriptio talis est:

Insigni et glorioso domino domino **M**arco **C**ornario Dei gratia duci Venetiarum, ac laudabilibus viris consiliariis, et universis

civibus de eadem, dominis et amicis ipsorum plurimum honorandis.

Reverendissima salutatione, laudabilique recomandatione premissis, noverit vestra honorabilis magnificentia nos vestre magnitudinis literas credentiales in corda canaparii sigillo plumbato roboratas, per honorabilem virum magistrum Anastaxium vestre magnificentie nobis reverenter directas, omni quo debet honore plenariaque cordis jocunditate uti tenemur recepisse; sub quarum literarum credentia ipsius magistri Anastaxii dicta et per ipsum vestras honorabiles relationes seu legationes perfecte percepimus, ad quarum tenorem vestre laudabili amicitie seriatim taliter duximus respondendum. Quod nos omni loco et tempore oportunis ad omnia vestra jura justitias et equitates sicuti promisimus ita tenemur, et toto cordis affectu, labori non parcendo, thesaurum exponendo, imo si necesse fuerit usque ad mortem corpori non parcendo, vestra jura, justitias ut promittitur adimplere conamur, et volumus plene et integre; porro de vestra injuria propter falsariam monetam, et iniquam actionem per homines nostrorum nobilium vobis illata multum agravamur et Deo celi teste dicimus, sicut nos proprie in personis contristamur. Cum enim ipsi nobiles nostri regni sint primo Deo et nobis aliqualiter infideles, et nosque miserabiliter de

nostro regno una cum nostra genitrice pepulerant, et totaliter ejecerant. nosque per misericordiam omnipotentis dei et gratia incliti principis domini Ludovici dei gratia regis Hungarie, justitia nostra et fidelitate requirente, simus iterum in nostrum regnum aliquo modo recepti. licet non in toto, non valentes ita subito ipsos nobiles, pro nostra et etiam pro vestra injuria, punire et incarcerare. Igitur vestram reverendissimam magnificentiam presens postulamus valde, dignatur et diligenter quousque simus stabiliti, et in nostro regno bene confirmati, nostram voluntatem bonam perfecte reputare vellitis. Nos itaque deo permittente de omni vestra injuria parvo tempore expectato omnimodam justitiam faciemus; plene et integre sperantes a vestra magnificentia in centuplo similia seu maiora nobis affluisse.

Scripta in Bosina, dominica ramis palmarum, anno domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto.

Tu tertio dei gratia, et domini nostri Ludovici regis banus Bosne, ac domina Helena genetrix ipsius carissima, vestri intimi amici.

Commemor. VII. ch. 58.

**CXXV. 1368. Indict. VII. 8. Junii.**

Закључено одговорити Ђурђу Балши. да му Млетцићи небране, да може на мору имати наоружане галије на шткоду свои непријатеља, но да нечини штете Млетачкимъ и другимъ трговцима.

*Capta: Quod respondeatur isti ambassatori Jurae de Balsaee, quod attentata bona dispositione et fidelitate sua, nos non prohibemus ei, quod possit armare in mari ad damnum solum suorum inimicorum, dummodo non damnificet nec offendat aliquem nostrum Venetum vel fidelem nec aliquem mercatorem vel alium navigantem per mare in aliqua parte. Et ex nunc scribemus et sic scribatur, capitaneo nostro Culphy quod, in casu quo non damnificet aliquem navigantem per mare exceptis suis inimicis, ut dictum est non molestet nec intromittat navigia vel gentem suam. Et si consilium et. c.*

Misti del Senato XXXIII. 22.

**CXXVI. 1369. 8. Februarii.**

Закључено, да се са Ђурђевиъ Балшивиъ утврди уговоръ о слободама трговаца Млетачки, тргуюћи у његовој земљи.

*Capta: Cum ambassator Jurae de Balsaee multa dicat et promittat pro parte dicti domini sui, videlicet: quod esset valde contentus, quod nostri Veneti conversarentur in partibus suis, et quod mitteremus consulem nostrum*

ad dictas partes, et conversatio nostrorum ibidem valde possit esse utilis et fructuosa pro bono et dextro nostrorum mercatorum, vadit pars, quod postquam dictus ambaxator est contentus redire ad dictum dominum suum, nulla habita responsione super facto guerre, quam petebat, et ferre secum et praesentare domino suo praedicto, copiam libertatum et franchisiarum, quas habere volumus in dictis partibus. Dominus, consilarii, capita et sapientes ordinum, habeant libertatem per majorem partem, dare dicto ambaxatori illa capitula, quae sibi utilia videbuntur, super facto dictarum franchisiarum et libertatum. Et habita responsione superinde venientes postea huc, et fiet sicut videbitur. Verum dicatur dicto ambaxatori, quod primo et ante omnia nostrae dispositionis et intentionis est, quod satisfiat per dictum dominum Juram nostris Venetis, quae habere debent ab ipso de debitis et damnis suis, ut justum est.

Misti del Senato XXXIII. ch. 45.

**CXXVII.** 1369. **I n d i c t. VIII. 18.**

**S e p t e m b r i s.**

На молбу посланика цара Србскогъ, да недопусте Млетчиѣи освоити царевъ градъ Которъ, кои е бунтовникъ царевъ Ђурађъ Балшићъ обсео, заключено е послати посланика, да посредуе између Ђурђа и Которана, да се смире и да престану ратовати.

**Capta: Cum dominus imperator Ras-**

cia e ad nos miserit ambaxatorem suum, rogando nos ut sua civitas **Catarî**, obsessa per mare et per terram, a **Jura de Balse** rebelle suo, sit nobis comendata, ne veniat ad manus dicti **Jure**; per quem ambaxatorem ipsi **Catarini** etiam hoc a nobis supplicant et superinde etiam nobis scripsit dominus **Papa**, et bonum sit super hiis, pro bono et securitate nostrorum mercatorum etiam providere, ne dicta civitas **Catarî** vadat ad manus dicti **Jure**, quod verteretur in maximum prejudicium nostrorum in dictis partibus conversantium. Quia totum trafigum mercatus, quod fit in **Cataro**, fieret in **Ragusi**o ut est notum. Et inter alia magnus honor esset nobis, si nobis mediantibus, possit tractari concordium et pax inter dictum **Juram** et **Catarinos**, vadit pars: sequendo in hoc vestigia nostrorum progenitorum, quod mittatur unus ambaxiator noster ad dictum **Juram** et **Catarinos**, qui pro parte nostra super hoc faciat ambaxatam utrique parti cum illis verbis, que sibi videbuntur, et informet se de discordiis existentibus hinc inde, procurando cum omni studio et sollicitudine, quantum plus poterit cum honore nostro, pacem et concordium inter dictas partes, et quod primo et ante omnia abstineantur ab offendendo se invicem, pendente tractatu concordii et pacis praedictae. Eundo tociens ad utramque partem, quotiens opus fuerit pro bona conclusione negotiorum



praedictorum; et obtentis pace et concordio praedictis inter dictas partes, tunc noster ambaxator praedictus in bona gratia Venetias revertatur. Si autem per ambas ipsas partes remanebit de volendo ipsum concordium et pacem, vel et utraque ipsarum peteret et vellet inconvenientia, tunc ipse ambaxator facto per eo superinde quidquid boni poterit, similiter redeat Venetias.

In casu vero quo remaneret solum pro Jura praedicto, tunc dicat ei dictus noster ambaxator, cum illis verbis quae sibi videbuntur, quod postquam non vult condescendere ad pacem cum Catarinis, nostra intentio omnino est, quod galeas, ligna et navigia sua, quae tenet armata in mari ad damnum et offensam ipsorum Catarinorum, removeat et disarmet omni causa remota, nec ipsa vel alia navigia, galeae seu ligna, de cetero armata in mari teneat ad damnum vel offensam aliquorum. Et quod jam commissimus nostro capitaneo Culfi, quod in casu quod dicta pax remaneat solum pro dicto Jura, et quod ipse non removeat et disarmet dictas suas galeas, ligna et navigia, ut est dictum, ipsas galeas ligna et navigia cum personis super ipsis existentibus, intromittat, offendat et damnificet, tamquam publicos et manifestos cursarios, et si per dicta verba dictus Jura contentabitur et condescendet ad pacem benequidem; alioquin dictus noster ambaxator,

quam citius poterit redeat Venetias, scribendo capitaneo Culfi et dando ei informationem, qualiter pax remanserit solum per dictum Juram, ut idem capitaneus facere et adimplere possit mandatum nostrum.

Cui capitaneo Culfi mandetur auctoritate istius consilii rogatorum, quod quam citius poterit habita dicta informatione ab ambaxatore nostro, cum galeis cum quibus se reperiet, vadat ad partes dicti Jurae, et in casu quo idem Jura non removerit et disarmaverit galeas ligna et navigia sua predicta et sibi constaverit, quod damnificaverunt aliquos nostros Venetos vel fideles, ipsas galeas ligna et navigia cum personis super ipsis existentibus intromittat, offendat et damnificet, tamquam publicos et manifestos cursarios. Si vero non constaverit dicto capitaneo, quod damnificaverunt aliquos nostros Venetos vel fideles, tunc ipsas galeas ligna et navigia comburat, et homines abire permittat, dicendo eis, quod si amplius venerint in forciam suam, de ipsis faciet, prout de publicis cursariis. Et similiter observet et faciat dictus capitaneus, si decetero ipse Jura armaret in mari aliquas galeas ligna et navigia ad damnum vel offensam dictorum Catarinorum, vel aliquorum aliorum. Verum apponat dictus capitaneus bene mentem, de faciendo hoc cum bona provisione et cum securitate armatae nostrae sibi commissae, et praedicta eti-

am addantur in comissiones aliorum capitaneorum Culli futurorum, quae similiter debeant observare.

Ambaxatori autem domini regis Rasciae et Catarinorum respondeatur cum illis pulcris verbis, quae dominio videbuntur, quod intendimus mittere ambaxatorem nostrum pro pace et concordio tractando inter partes praedictas.

Misti del Senato XXXIII. ch. 32.

**CXXVIII. 1369. 18. Septembris.**

Настављени за посланика кои има посредовати за миръ између ђурђа Балшића и Которана.

Capta: Quod ambassator noster iturus Catarum habeat libertatem in casu quo pax remaneat solum pro Jura de Balsce, dandi terminum XV dierum vel in infra eisdem Jurae, ad removendum et disarmandum sua navigia.

Item in casu quo pax remaneat solum pro Catarinis, vel quod nollent condescendere ad pacta alias habita cum dicto Jura et dictus Jura vellet et esset contentus habere et observare ipsa pacta, quod dictus ambaxator facto superinde quidquid boni poterit, Venetias revertatur, et pro hoc non intelligatur quod pax remaneat pro ipso Jura.

Item possit dictus ambaxator accipere unum interpretem ultra familiam et expensas sibi limitatas.

Misti d. Sen. XXXIII. ch. 33.

## CXXIX. 1370. Indict. VIII. 7. Maii.

Закључено одговорити посланику Ђурђа Балшића, захтевајућемъ да овај може по слободи иначе дарованој му, држати оружане галије на мору, да му дозвољаваю пловитз са својимъ галијама по мору, али тако да никогъ ведрѣ.

Quod isti ambaxatori Jure de Bal-  
sca e, petenti ut gratia alias sibi concessa  
de possendo armare in mari, ad damnum so-  
lum suorum inimicorum et cet. confirmetur ei,  
nec habeatur pro revocata, respondetur:  
quod sicut ipse scit nos sumus principalis cau-  
sa, ut pax fieret inter ipsum Juram et Ca-  
tarrinos et speramus concedente domi-  
no, quòd per Catarinos observabitur ipsa pax;  
quapropter non videtur nobis, quod foret  
honor noster confirmare sibi dictam gratiam,  
ante quam per Catarenos contrafiat paci  
praedictae. Sed tamen considerata bona dis-  
positione sua erga nos, sumus contenti et  
concedimus ei, quod possit cum navigiis su-  
is navigare per mare honeste, dummodo non  
damnificet nec offendat cum dictis suis navi-  
bus aliquem nostrum Venetum vel fidelem,  
nec aliquem alium mercatorem vel partem,  
in aliqua parte ullo modo, qui si contrarium  
faceret, non possemus transire super inde,  
quin provideremus prout nostro honori con-  
veniret.

Misti del Senato XXXIII. ch. 47.

## СXXX. 1370. 7. Maii.

Завлючено посланику Ђурђа Балшића одговорити, да овомъ одпре дата слобода, држати оружане галие на мору, нје узета натрагъ, докле онъ буде испуњавао условія, подъ коима му е дарована, но да Млетчиња никако неће то, да онъ подъ изговоромъ ове слободе наруши мвръ съ Которанима.

Capta: Quia Jura de Balscae, civis noster misit quendam suum ambaxatorem ad nos, offerendo dominationi multa que speramus fore utilia valde pro statu nostro, et requirat ut certificemus ipsum si gratia alias sibi concessa per nos, de navigando in mari, non offendendo aliquem mercatorem vel Venetum, sed tantum suos inimicos, est revocata vel non. Vadit pars: Considerata bona dispositione sua, et quod dicta impetratio, tali genere, cedit ad augmentum honoris nostri, habitoque respectu quod non invenitur, quod dicta gratia sit revocata, quod respondeatur sibi, quod nos non habemus, quod dicta gratia sit revocata ipso observante clausulas contentas in concessione, alias sibi facta. Verum non est nostrae intentionis, quod sibi colore dictae gratiae dictus Jura frangat pacem Cattarinis. Et scribantur litterae ipsi Jure et Cattarinis, hortando eos ad observationem pacis.

## CXXXI. 1372. 23. Martii.

Како Ђурађъ Балшиќъ не платио Млетчињима штете, које накнадити обвезао се уговоромъ, то се налаже капетану Кулафа, да гледа до некогъ рока добити одъ њѣга ову накнаду, а после тога да јо силомъ узме одъ добара Ђурђа и његовы поданика.

Capta in rogatis. Cum alias Jura de Balse, dominus Avalonae, Buda e et aliorum locorum ibi circumstantium, miserat ambaxatorem suum Venetias pro confirmando certa pacta, in quibus inter alia continetur: quod primo et ante omnia deberet satisfieri per eum, ac fieri plena solutio civibus et fidelibus nostris de omnibus debitis in quibus teneretur eis, ac plenaria emenda et satisfactio omnium damnorum ipsis nostris civibus et fidelibus illatorum, per ipsum Juram et gentes suas in partibus et locis sibi subditis. Quam quidem solutionem emendam et satisfactionem idem ambaxator nomine ipsius Jurae facere promisit, et propterea ipsi nostri cives, aliqui personaliter, aliqui per procuratores suos, pluries ipsum requisiverunt, ut adimpleret id quod per suum ambaxatorem praedictum promiserat, quod minime facere curavit. Imo quod pejus est, de novo intulit certa damna aliquibus civibus et mercatoribus nostris. Super quibus omnibus omnino est providendum pro honore nostro et indemnitate civium et fidelium nostrorum. Vadit pars: Quod scriba-

tur et comittatur capitaneo nostro Culphy, quod efficaciter procuret habere ab ipso Jura solutionem, emendam et satisfactionem plenariam de omnibus debitis et damnis praedictis, quorum copia sibi mittatur pro sua informatione. Quod si poterit obtinere benequidem. Alioquin assignet illum terminum qui sibi videbitur, civibus et fidelibus nostris in locis et partibus ipsius Jurae conversantibus, infra quem debeant cum personis rebus et bonis suis de dictis locis et partibus recedere, quo termino elapso si non fuerit adimpletum ut est dictum, idem capitaneus intromittere debeat, cum securitate tamen galearum et gentis sibi commissae, bona omnia et havere ipsius Jurae et civium et subditorum suorum, ubicunque poterunt inveniri, usque integram solutionem, emendam et satisfactionem damnorum et debitorum praedictorum.

Misti del Senato XXXIV. ch. 2.

### CXXXII. 1373. 15. Martii.

Како Ћураѣъ Балшиѣъ неће некако да вакнади штете Млетачке, шта више јоштъ и нове штете чини Млетчиѣма, то се налаже капетану Кулфа, да захтева одъ Ћурѣа подпуну накнаду овы штета, иначе да се наплати одъ силомъ заузеты добара Ћурѣа и нѣговы людій.

Capta: Quia Jura de Balsae, dominus Avalonae, Budae et aliorum loco-

rum ibidem circumstantium, pluries requisitus a nobis, non curat facere solutionem debitorum in quibus tenetur civibus et fidelibus nostris, ac emendam et satisfactionem damnorum ipsis nostris civibus et fidelibus illatorum per ipsum Joram et gentes suas in partibus et locis sibi subditis, imo continuo procedit de malo in peius, inferendo damna et injurias nostris fidelibus antedictis. super quibus omnino providendum est pro honore nostro et indemnitate civium et fidelium nostrorum; vadit pars: quod comitatur capitaneo Culy, quod procuret habere emendam, solutionem et satisfactionem plenariam ab ipso Jura, de omnibus debitis et damnis praedictis, que ascendunt ad summam ducatorum circa novem millia, quorum copia detur dicto capitaneo pro sua informatione. Alioquin intromittere debeat, cum securitate tamen galearum et gentis nostrarum, bona omnia et havere ipsius Jurae, civium et subditorum suorum ubicunque poterunt inveniri, usque integram solutionem emendam et satisfactionem damnorum et debitorum praedictorum.



## СХХIII. 1373. Indict. XI. 12 Maii.

Како в Карло Топія кнезь Албаніе, задржао неке Млетачке лађе, подъ изговоромъ да ивсу платиле царину, за кою потврђую господаря нѣовни, да ивсу ю были дужни платити, то се налаже капетану Кулфа, да извиди ову стварь, в ако е тако као што Млетачки люди казую; онда да гледи свима средствима, добыти исте лађе.

Capta: Cum per Karulum Topiae, principem Albaniae, retenta sit una cocha et unus panphilus nobilium virorum Andreae et Gratoni Dandulo fratrum civium nostrorum, sub praetextu quod non solverit doanam suam de lignamine, posito in dictis navigiis, laboratis in illis partibus, quam doanam dicti nobiles asserunt non debere solvere, eo quod habuerint pactum cum ipso Karulo, de non solvendo aliquid pro dicto lignamine, verum solum unam petiam panni; propter retentionem quorum navigiorum ipsi nobiles maximum damnum sustinuerunt et bonum sit nostris civibus subvenire; vadit pars: quod scribatur capitaneo Culli. quod in casu quo per litteras quas dirigimus dicto Karulo superinde, quarum copia ipsi capitaneo transmittatur, dicti nostri nobiles, non possent suam intentionem obtinere, tunc ipse capitaneus facta diligenti inquisitione et habita plenaria informatione de hoc facto, si invenerit ita esse prout asserunt dicti nostri nobiles, procuret efficaciter, relaxationem et recupe-

rationem dictorum navigiorum cum omnibus illis modis et experimentis, quae sibi videbuntur, pro bono facti praedicti.

Misti del Senato XXXIV. ch. 50.

**CXXXIV. 1375. Indict. XIII. 29.**  
**Januarii.**

Дозвољава се Карлу Топин, да може са две наоружане галије пловити моремъ, да испуни своје завете; но уједно ваља захтевати одъ њега, да се намири са некимъ Млетчињима за штете овимъ првичиѣне.

Capta: Quod pro multis respectibus concedatur isti domino Karulo Thopiae, possendi ire cum una sua galea armata dupla et cum uno alio suo ligno armato, ad percomplendum vota sua, non eundo ad damnum alicujus nec pro faciendo mercationes, sicut petit, concordando se primo cum nobilibus viris Andrea et Gratono Dandulo fratribus et Philipo Sanuto, civibus nostris, vel cum eorum nuncio, quem cum comissione sua ad plenum mittunt ad dictum dominum Karulum, de hiis quae ab eo petunt, vel quod juste deberent habere ita quod sint contenti, alioquin dicta concessio sit nullius valoris et scribatur superinde ipsi Karulo cum illis verbis quae dominio videbuntur.

Sr. Donatus Mauro consiliarius et Sr. Vitalis Lando capitaneus loco consilarii volunt:

Quod fiat ista concessio isto nobili in totum, sicut consulunt sapientes ordinum, faciendo illud verbum ultimum, scilicet: alioquin quod ista concessio sit nullius valoris, rogando quod teneat modum de concordando se cum nostris nobilibus praedictis sicut scribit.

Misti del Senato XXXV. ch. 80.

### **CXXXV. 1375. Indict. XIV. 13. Martii.**

Како Ђурађъ Балшићъ и његовъ братъ никако некеду да накнаде штете причиѣне Млетачкимъ трговцима, то в заключено наложети генералъ-капетану мора, да захтева одъ негогъ Ђурђа подпуну накнаду штета, кою ако недобіе нека се силомъ наплати одъ добара његовы и његовы подашека.

Capta: Cum aliqui nobiles et cives nostri habere debeant a Jura de Balsce et fratre suo, dominis Avalonae, certas pecuniae quantitates, occasione damnorum ipsis illatorum in partibus et locis ipsi Jurae et fratri suo subditis et etiam occasione aliquorum debitorum contractorum cum praedictis. Et pluries requisiti de solutione, emenda et satisfactione fienda de dictis damnis et debitis, hucusque ipsam satisfactionem facere non curaverunt, imo dicunt ipsos nostros nobiles et cives per verba in grave damnum et praepjudicium suum. Et bonum sit tum pro honore nostro, tum pro subventionem nos-

trorum superinde providere. Vadit pars: Quod comittatur capitaneo generali, sicut alteri capitaneo factum fuit, quod quando sibi tempus videbitur, vadat vel mittat ad dictum Juram et fratrem suum, et ab ipsis requirat vel requiri faciat, emendam et satisfactionem plenariam dictorum damnorum et debitorum, quod si obtinere poterit bene quidem, alioquin intromittat bona et avere ipsius Jurae et fratris sui ac subditorum suorum ubicunque poterunt reperiri, usque ad integram solutionem et satisfactionem damnorum et debitorum praedictorum, habendo tamen semper respectum ad securitatem armatae nostrae sibi comissae, et rescribendo nobis quidquid fecerit in praemissis. Et detur ipsi capitaneo copia dictorum damnorum et debitorum in scriptis pro sua informatione.

Misti del Senato XXXV. ch. 82.

## CXXXVI. 1375. 13. Martii.

Како су у Авлови убиѣни и поарани неки Млетчѣи, а њѡва добра заузета на зактеванѣ господара тога места Балше, а и иначе чине се тамо Млетачкимъ людма свакојка зла, то се налаже генералъ-капетану мора, да зактева за све то одъ истога господара места удовлѣтворенѣ, кое ако овај неда, докѣ се онъ поврати одъ Романіе, онда да силомъ набави за све то удовлѣтворенѣ.

Capta: Cum in partibus Avalonae per illos dicti loci, nequiter et malo modo interfecti fuerint viri nobiles Girardus Dandolo et Pancratius Contareno cives nostri, et eorum bona intromissa ad petitionem Balscae domini illius loci, ad summam ducatorum V. mille, intus pannos, setam, folixellos, botas C. vini, salem, pisces salitos, pannos, arma et arnesias suas de domo, tam de sua ratione propria, quam de ratione aliorum. Et ultra hoc fiant nostratibus multae novitates et extorsiones in dictis partibus; videlicet in faciendo ipsos solvere dohanam et arboracium contra franchisias et consuetudines suas antiquas; et super praedictis sit penitus providendum pro honore nostro et securitate nostrorum mercatorum in diversis mundi partibus conversantium; Vadit pars: quod committatur capitaneo generali maris, quod in via sua ire vel mittere debeat ad dictas partes Avalonae, et se nomine nostro vehementer gravare de excessu comisso in personis

nobilium nostrorum, et procurare cum domino dicti loci vel ejusdem locumtenente, quod fiat justitia de culpabilibus et restitutio rerum intromissarum et ablatarum, ut est justum. Et quod nostri conserventur in consuetudinibus antiquis et franchisiis et libertatibus suis solitis, et eis restituatur quod indebite acceptum est, contra dictas consuetudines antiquas, assignando ad faciendum praedicta illum terminum, qui dicto capitaneo videbitur. Et in reversione sua de partibus Romaniae, si invenerit praedicta adimpleta fore effectualiter ut est dictum, bene quidem. Alioquin elapso termino superius dicto, cum securitate armatae nostrae, intromittere debeat illos de Avalona et dominum dicti loci realiter et personaliter, ubicunque poterit reperiri, et omnia bona quae habuerint, tam per viam concordii quam per intromissionem, penes se conservare debeat, rescribendo nobis quidquid fecerit in praedictis.

Misti del Senato XXXV. ch. 82.

### **CXXXVII. 1375. Indict. XIII. 9. Julii.**

Заклучено писати Ђурђу Балшићу, како су разумели одъ свогъ конзула и свои трговаца изъ Далциня, да е овъ по зактеваню Дубровчана, паметнуо Млетачкима нека нова даваниа, противна вѣювимъ уговоренимъ слободама, и молиш га да онъ то нечини, но да ове нове наредбе натрагъ узме, а Млетачкимъ трговцима да остави уговорене вѣюве слободе.

Capta: Quod scribatur domino **Jurae**

de Balsce in hac forma. Videlicet: Nuper cum maxima displicentia recepimus a consule et mercatoribus nostris, in Dulcigni partibus commorantibus, litteras continentis, quod magnificentia vestra ad Ragusinorum instantiam, ipsis nostris consuli et mercatoribus literas suas scripsit, per quas videtur fore intencionis vestrae, velle taliter ipsos gravare novitatibus insvetis, contra franchisias libertates et bonas consuetudines solitas, quod de Dulcigno recedere compellantur. De quibus quidem novitatibus et gravaminibus vehementissime turbamur et gravamur, considerantes liberales promissiones per vos et nuncios ac ambaxatores vestros nobis ac capitaneis et ambaxatoribus nostris factas, nec unquam credere potuissemus, quod a magnificentia vestra talia processissent, imo eramus certi, quod si per alios talia contra nostrates facta forent, vos ipsa turbare et nostros juvare et defendere contra quoscunque debuissetis, et sperabamus, vos ipsos continue prosequi et agenda sua favoribus et beneficiis amplioribus, attento specialiter, quod civis noster estis, et vos et negotia vestra semper favorabiliter et benigne tractavimus et tractamus, et etiam quantum commoda et utilis est conversatio nostrorum in terris et locis vestris, magis quam alicuius alius generationis. Quare magnitudinem vestram attente requirimus et rogamus, quatenus novita-

tes praedictas, si factae sunt, revocare et reformare placeat et velitis, et ab ipsis vel similibus, de cetero vos abstinere, permittentes cives et mercatores nostros morari et mercari in terris et locis vobis subditis, salvos et securos. ac tractantes et conservantes, ac tractari et conservari facientes, ipsos cum eorum bonis et mercationibus, favorabiliter et benigne. secundum bonas consuetudines, franchisias et libertates solitas, prout de magnificentia vestra plene speramus. Super quibus quidem omnibus, nobis per vestras litteras intencionem vestram placeat reserare quam cicius esse potest, quas consuli nostro praedicto assignare velitis.

Misti del Senato XXXV. ch. 35.

### CXXXVIII. 1382. 29. Aprilis.

Како е Яковъ де Риппа кастеланъ Которевій явио, да има знатну помоћ одъ Рашкогъ краля у войницима, раани и другимъ потребама, тако да се съ томъ помоћу могао одржати, заключено е писати истомъ краљу, и изјавити му како е та указана помоћ пријатна и колико се цени.

Cum nobilis vir Sr. Jacobus de Rippa, exposuerit dominio, quod existens de nostro mandato castellanus Catari recipit magnam et notabilem subventionem a domino rege Russiae, tam de gentibus, quam victualibus et aliis rebus, taliter quod median-



te subventionem sua sustinuit locum ad honorem domini; vadit pars: quod possint scribi litterae praefato domino regi, hostendendo habere ad bonum et ad complacentiam subventionem praedictam, in illa forma quae videbitur domino.

Misti del Senato XXXVII. ch. 73.

### CXXXIX. 1382. 25. Julii.

Заклучено одговорити посланику краля Рашкогъ, коиште да му за новце даду две наоружане галие, изговараюћи се, да то немогу учинити што сами требаю те лађе, збогъ свои послова на острову Тенеду.

Capta: Quod respondeatur istis ambaxatoribus domini regis Raxiae, qui cum maxima instantia nomine dicti domini regis, requisiverunt a nobis duos brigentinos fulcitos suis rebus et arnesiis pro sua pecunia et cet. Lutanando nos a facto, pro multis bonis respectibus cum illis verbis, quae videbuntur collegio vel majori parti, monstrando quod ipsi brigentini sunt nobis necessarii pro factis nostris Tenedi.

Misti del Senato XXXVII. ch. 99.

### CXL. 1383. Indict. VI. 26. Martii.

Заклучено на молбу краля Рашкогъ, продати овомъ за готове новце едну лаку опремлѣну галию, и поклонити му еданъ топъ, кои е први путъ имао Марко Паскалиго у рату противъ Генуе.

Capta: Cum serenissimus et excellentissimus dominus rex Rasciae, qui est

civis noster, cum maxima instancia fecerit nos rogare et a nobis requiri per viam emptionis, per nobilem virum Sr. Nicolaum Baseio, civem nostrum, unam galeam subtilem, cum coredis et arnesiis suis, solvendo nobis statim praecium et aestimationem galeae praedictae; vadit pars: pro contemplatione et amore suae regiae majestatis, et quia est civis noster, quod complaceatur sibi de dicto corpore galee cum suis coredis et arnesiis, sicut requirit; solvendo statim precium, ut dictum est secundum ordines nostros. Et ex nunc sit captum, quod detur ei unus falconus, quem habuit Sr. Marcus Pasqualigo, supracomitus noster, super riperia Januae prima vice, cum Sr. Karolo Zeno, et patroni nostri arsenatus dicunt et laudant, hoc esse bonum nostri communis.

Misti del Senato XXXVIII. ch. 15.

### CXLI. 1383. Indict. VI. 30. Julii.

Дуждъ Млетачкѣи Антоніе Венеріо даруе право грађанства Стефану Твртку краљу Рашкомъ и Босанекојъ.

Privilegium illustris et excelsi domini Stephani Tuertcho regis et cet. de civilitate sua, atque suorum filiorum et heredum.

Antho-ni-us Venerio Dei gratia dux Venetiarum et cet. Universis et singulis pre-

sens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis benignitas in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari. Tanto personas illustres et excelsas prevenire studet honoribus et dotibus ampliare favoribus, ipsarumque petitiones liberalius exaudire, quanto se nostro ducatu, devotiores fide ac charitate laudabilium operum ostenderunt. Verum cum serenissimus dominus Stephanus Tuerthco, dei gratia rex Rassie, Bossine, maritimarumque partium et cet. honoris et nominis nostri zelator assiduus, quem semper cum ejus progenitoribus inclite memorie, se verum expressit Venetum et perfectum, se penes ducatum nostrum sentiens, suis meritis gratiosum plurimum et acceptum, nostram fecerit magnificentiam amabiliter rogari, ut nobis placeret, ipsum ejusque filios et heredes, aliorum nobilium Venetorum nostrorum et fidelium numero gratiosius aggregare, ut beneficiis citadinatus dotati, nobilium et civium Venetiarum privilegio congauderent. Nos attendentes dilectionem ingentem ac gratum affectum et sinceritatem, quam semper prefatus dominus Stephanus rex, ad nos et ducatum nostrum et singulares personas ejusdem, ferventer et laudabiliter ostendit, acceptorum operum per effectum, benemeritas preces ipsius, duximus digne retribuentes munere, gratifi-

cabiliter acceptandas; notum igitur fieri volumus universis et singulis, tam presentibus quam futuris, quod omni juris, consiliorum et ordinamentorum nostrorum integra solemnitate servata, prefatum dominum Stephanum regem, cum suis filiis et heredibus, in Venetos et cives nostros recepimus atque recipimus, et Venetos et cives nostros fecimus et facimus, et pro Venetis et civibus nostris, in Venetiis et extra ubilibet haberi volumus et tractari, ipsos sincere dilectionis brachiis amplexantes, ac firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, gratiis, honoribus ac immunitatibus, quibus alii nobiles cives Venetiarum gaudent, prefati dominus Stephanus rex et sui filii et heredes, in Venetiis et extra ubique gaudeant plenissime et utantur. In quorum omnium fidem testimonium et evidentiam pleniorum presens privilegium fieri mandavimus, et bulla nostra pendente aurea communiri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo octvagesimo tercio, die penultimo Julii, sexte indictionis.

---

Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, mensis Junii die primo, indictione quartadecima, simile privilegium factum fuit domino Stephano de Bissa, dei gratia regi Rassie, Bossine maritimaeque et ceteris. punctaliter ut factum fuit do-

mino **Stephano Tuertcho**, mutato solummodo nomine partis et tempore.

---

Millesimo quadringentesimo quarto, mensis Augusti die septimo, indictione duodecima, factum fuit simile privilegium serenissimo domino **Tuertko**, quondam **Tuertkonis** regis, dei gratia regi **Rassie, Bossne, maritimeque** et cetera. mutato nomine ducis et tempore.

Liber Privilegiorum I-mus, charta 56.

---

**CXLII. 1383. Indict. VII. 5. Octobris.**

Дозволява се кралоу Рашкомъ, да може о своемъ трошку дати градити две галие у Млетцима.

Capta: Quod complaceatur serenissimo domino regi **Raxiae**, honorabili civi nostro, hoc valde amicabiliter requirenti, quod possit facere fabricari duas galeas in Venetiis ad suas expensas.

Misti del Senato XXXVIII. ch. 80.

**CXLIII. 1384. 22. Decembris.**

Заклучено писати кралоу Рашкомъ и молити га, да плати Николи Басею своемъ капетану а Млетачкомъ грађану, новце ков му има давати.

Capta: Quod scribatur domino regi **Rassiae** in hac forma. Videlicet: Sicut regia maiestas vestra novit, ipsa tenetur

nobili viro sr. Nicolao Baseo capitaneo suo civi nostro, in magna pecuniae summa, causis eidem maiestati notis. Et quia alias excellentia vestra scripsit et subsequenter per ambaxatorem suum nobis fecit exponi, quod redderet ipsum sr. Nicolaum bene contentum, sperabamus quod hoc modo factum esset, consideratis justis causis et longo tempore, quo satisfactionem suam patienter praestolatus est. Et quia ipse sr. Nicolaus ob negotia serenitatis vestrae est diversis personis in multis pecuniis obligatus, et ipsi pluries solutionem suam coram nobis instantissime petierunt, praedictus sr. Nicolaus non audet jam diu comparere, qui non habens unde solvere, timet carceribus mancipari, quod nos agravat et perturbat, praesertim pro honore regio, quem tantum diligimus, et pro damno et incommodo civis nostri et aliorum civium nostrorum, debentium recipere mercedem suam. Quare cum propingvi sui saepe comparuerint coram nobis requirentes, quod provideatur ut dictus sr Nicolaus possit suam satisfactionem habere, ut comparere possit Venetiis et satisfacere quibus causa majestatis vestrae tenetur, celsitudinem vestram regiam instantissime deprecamur, quatenus pro honore maiestatis vestrae, et ut praedictus civis noster exeat de laboribus istis, et ut illi qui habere debent possint habere solutionem suam, dignetur te-

nere modum, absque aliis induciis, quod ipse habeat in omnibus merito contentari, quod si fiet plurimum nobis placebit et erit magnus honor majestatis vestrae. Et in casu quo non fieret civibus nostris in iuribus suis secundum justitiam, defficere non possemus.

Misti del Senato XXXIX. ch. 27.

### CXLIV. 1385. 3. Junii.

Заклучено опетъ писати краљу Рашкомъ и опоменути га, да плати што е дужанъ Николи Басею, иначе да ће се морати предузети сходне мере, да се истый наплати.

Capta: Quod scribatur domino regi *Rassiae* in hac forma. Regiae majestati quam plures litteras destinavimus et ultimo unam datam vigesimo secundo Decembris proxime elapsi, amicabiliter rogantes ac instantissime requirentes, quatenus pro debito justitiae et honoris regii, placeat tenere modum absque aliis dilationibus, quod vir nobilis *Nicolaus Baseio*, civis noster et majestatis vestrae capitaneus, realiter reciperet integram satisfactionem suam, de nonnullis pecuniae summis, in quibus majestas vestra tenetur eidem pro factis regii sibi commissis, pro quibus quidem pecuniis ipse est quam pluribus personis obligatus, qui solutiones suas coram nobis cum continuis instantiis petierunt et petunt adeo, quod idem *Nicolaus* timore carceris comparere non po-

test, pro qua quidem satisfactione propingvi Nicolai saepe comparent coram nobis supplicantes, ut provideatur de remedio oportuno, ut exeat de tot laboribus, et ut illi qui habere debent, possint consequi solutiones eorum. Substinuit quoque idem civis noster graves expensas in mittendo litteras occasione praedicta. Sperabamus autem attenta justitia civis nostri, quod absque tot laboribus et dilationibus majestas vestra et pro honore suo satisfacisset eidem. Tandem ab eadem majestate litteras datas die 2. Aprilis nuper elapsi recepimus, responsales ad nostras, continentes quod in brevi majestas vestra mitteret suos ambassiatore, qui satisfacerent in omnibus civi nostro, qui ambaxatores non apparuerunt nec apparent, de quo non modicum admirari compellimur. Et licet absque ulteriori requisitione teneamur civi nostro secundum justiciam providere, tamen non valentes aliter pertransire declaramus, quod si in brevi dicta satisfactio realiter facta non fuerit, oportebit seu invite, ut sine ulteriori notificatione provideamus indemnitati civis nostri de remediis opportunis.



## CXLV. 1385. 20. Julii.

Заклучено послати едногъ посланика краю Рашкомъ са трговцима Млетачкимъ, кои намераваю ићи у Которъ, кое место дао е краљ Угарскій у руке краля Рашкогъ, кои посланикъ да гледа обновити слободе Млетачки трговаца у Котору.

Capta: Cum ad praesens sint ituri aliqui nostri mercatores ad partes Catari, cum aliquibus suis mercimoniis, et secundum veteres consuetudines, nostri semper fuerint franchi et liberi in partibus praedictis, et nunc de novo sentiat, quod per serenissimam dominam reginam Hungariae praedictus locus Catari, datus fuerit in manibus domini regis Russiae, pro omni bono respectu mercatorum et mercationum nostrarum euntium ad illas partes; vadit pars: quod dominus, consilarii et capita de XL, capita consilii ac sapientes ordinum habeant libertatem eligendi unum de nostris nobilibus euntibus ad illas partes, quod habeat libertatem tractandi pacta et franchisias nostras, consecutas cum domino rege Russiae sine expensis nostri comunis, prout per dictum collegium fuerit ordinatum.

**CXLVI. 1385. 25. Julii.**

Избратъ в за посланика къ Ранкомъ краљу Стефану,  
господињъ Бланкусъ де Ривпа.

Ellectus ambaxator ad illustrem do-  
minum Stefanum regem Rassiae in-  
ter collegium domini, consiliariorum, capitum  
de XL, capitum consilii, et sapientium ordi-  
num, Sr. Blancus de Rippa.

Misti del Senato XXXIX ch. 113.

**CXLVII. 1385. Indict. VIII. 8. Augusti.**

Како се тужи Балша Балшићъ, господаръ Зенте, Ка-  
нина и Авлоне, да много страда одъ нападая Турака,  
и моли, да му се даду четирн галие, ков ће онъ у  
Млетцима наоружати о свомъ трошкѹ, да се може бра-  
нити одъ Турака, заключено е одговорити му, нека яви  
где и кадъ оће те галие да употреби, па ће добити  
одговоръ съ коимъ ће бити задоволянъ.

Capta: Cum magnificus dominus Balsa  
Balsich, Zente, Caninae et Avalo-  
ne dominus, civis noster et carissi-  
mus amicus nostri domini, per suam ambaxi-  
atam exponi fecerit, quod contrate suae ita  
cotidie opprimuntur et molestantur a Tur-  
chis, quod nisi provideat de remediis oppor-  
tunis, ponent contratam suam in maximam  
confusionem et destructionem, cum maximo  
damno subditorum suorum et etiam merca-  
torum nostrorum conversantium in partibus  
et terris suis, et in notabilem ignominiam to-

tius christianitatis. Ad quorum Turchorum perfidiam reprimendam necesse esset, ut haberet galeas armatas, quas a se minime habere posset, et propterea recurrit ad dominationem nostram requirens cum magna instantia per dictos suos ambaxatores, ut concedere debeamus sibi quatuor galeas, quas intendit armari facere in Venetiis per quatuor menses, et cum ipsis resistere iniquitati dictorum Turchorum. Vadit pars, pro expeditione dictorum ambaxatorum, quod respondeatur eis, quod quociescunque magnificus dominus suus declarabit nobis locum, in quo vult tenere et operari dictas galeas, et dici faciet nobis, quando erunt eidem necessariae, nos dabimus ei talem responsionem, quod magnitudo sua habebit merito contentare.

Misti del Senato XXXIX. ch. 123.

**CXLVIII.** 1385. 23 Augusti, in  
Sutiska.

Привилегія, кою е дао Млетачкимъ трговцима краљ Рашкии и Босанскии Твртко, да могу у Котору слободно трговати.

Immunitas Venetorum in Cataro, concessa per dominum regem Rassie.

Nos Stephanus Tuertcho dei gratia rex Rascie, Bosine, maritimarumque partium etc. Universis et singulis Christi fidelibus, quibus presentes ostendun-

tur salutem in eo, in quo in terris regnantium solia sunt erecta, hinc vestre universitatis fraternitati elucescat per presentes, quod perceptis et intellectis ambaxiatis et legationibus serenissimi ac illustrissimi domini domini **Antoni Venerio**, eadem dei gratia ducis Venetiarum etc, ac ejusdem ducalis domini per nobilem et sapientem virum eorum civem et ambaxiatorem dilectum, dominum **Jacobum de Rippa**, nobis gratiose et sapienter expositis, videlicet quod mercatores ejusdem ducalis domini cum suis mercimoniis semper de consuetudine antiqua fuerint in civitate **Cathari** liberi, et exempti ab omni dacio et gabella, nosque volentes cum eisdem unitatem fraternitatem et antiquam amicitiam sincere et sine fallo observare et in omnibus licitis sui ducali dominio gratissime complacere, matura deliberatione ac puro corde ad ipsius domini ducalis sincerissimam monitionem concessimus presens instrumentum. Quod cum per gratiam largiflue dei dispositionis, et preclarissime sororis nostre domine regine **Ungarie**, civitas predecessorum nostrorum **Catharensis**, feliciter ad manus nosre majestatis perpetualiter pervenit. Sit ad laudem et gloriam summi creatoris omnium, qui suis cuncta bona invisibilia preparavit amicis. — Vero et benevolis nostris

ad gaudium et exultationem, ut et ipsi sint participes dono divine dispositionis, nobis cœlitus concessio. Idcirco ut prefertur, ad ejsdem ducalis dominiî sincerissimam monitionem, universos singulosque mercatores ejsdem ducalis dominationis, presentibus assecuramus, quatenus iidem mercatores cum ipsorum mercimoniis cujuscumque conditionis existant, possint semper libere ac secure, et absque omni pavore, ad prefatam nostram civitatem Cathari, et absque omni dacio et gabella, venire intrare stare et morari, tam per terram quam etiam per mare, cum ipsorum mercimoniis Intelligendo etiam de omni inguedine, cum autem eisdem placuerit ad propria remeari, salvis ipsorum rebus ac personis, liberam et securam, plenam et expeditam habeant facultatem. Item quod si aliquis civis nostre civitatis Cathari vel quiscumque fidelis noster teneretur alicui Veneto debitum cujuscumque conditionis contracto, quod regimine dicte nostre civitatis vel alii subditi nostri, quibus ratio pertinebit, teneantur eidem omnimodam satisfactionem adhibere, videlicet quod predicti debitores realiter et personaliter constringantur carceribus, mobilia ipsorum, et immobilia vendantur ad solvendum debitum, et de carcere non dimittantur usque quo non sit integra satisfactio. — Et e converso, si aliquis Venetus vel subditus ducalis dominiî, dare tenerentur alicui Cathare-

nensi vel fideli nostro debitum quocumque modo contractum, quod debeat ipsum citare ad presentiam consuli Venetorum, moranti in predicta nostra civitate, et quod predictus consul Venetorum teneatur omnimodam et plenam satisfactionem super predictos debitores adhibere, videlicet quod prefati debitores realiter et personaliter carceribus constringantur, mobilia ipsorum et immobilia vendantur ad solvendum debitum, et de carcere non dimittantur usque non fit integra satisfactio debitori. Si vero prefatus consul in predicta nostra civitate tunc temporis non reperiretur, ex tunc eligetur unum Venetum, alium vero Catharense, vel quicumque noster fidelis, et hii duo inter ipsos judicent de dicto et de facto. Si autem illi duo ipsos concordare non poterunt infra octo dies, tunc adhibeant sibi alios duos, quod illi quatuor inter ipsos judicent, et usque ad viij dies vel terminum per ipsos deputatum, per majorem partem de predictis quatuor plenissima satisfactio adhibeatur. In cujus rei testimonium has presentes nostras litteras fieri jussimus sigilli nostri appensione roboratas. Data in aula nostra regali Sotessa, XXIII die mensis Augusti, sub anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

**CXLIX.** 1385. Indict. IX 25. Septemberis.

Заклучено одговорити посланицима краля Босне, како су положили новце за две галие, кое е Никола Басео дао градити за рачуиъ истога краля, садъ да могу са оне две галие располагати како имъ е воля, а за остале дугове што има истый краљ давати Николи Басею, овај да гледи свое право на други начинъ, връ се немују съ чашфу задржати оне две галие.

Capta: Quod pro dando expeditionem istis ambaxatoribus domini regis Bosniae pro honore nostri domini, de differentiis, quas habent cum Sr. Nicolao Baseio, ordinetur: quod postquam dicti ambaxatores depositaverunt apud patronos arsenatus omnes denarios, pro expensis factis per Sr. Nicolaum Baseio occasione duarum galearum domini regis praedicti, quae sunt in nostro arsenatu, quod dicatur dictis ambaxatoribus, quod de dictis duabus galeis et corredis suis, dominus rex potest ordinare et facere ut sibi placet, quia sunt ad omne beneplacitum et mandatum suum. De aliis vero differentiis, quas Sr. Nicolaus Baseio habet cum dicto domino rege, ipse Sr. Nicolaus utatur jure suo ut sibi placet, quia non intendimus, quod ipsae duae galeae, nec coreda earum, propterea stent impediti ullo modo, pro honore nostri domini.

**CL. 1385. Indict. IX. 5. Octobris.**

Закључено послати два посланика, кои да посредую за миръ између краља Рашкогъ и господара Балше.

**Capta:** Quia secundum morem progenitorum nostrorum semper fuit et est, procurare pacem et concordiam inter habentes differentias et discordias inter se, et specialiter inter illos dominos, qui semper fuerunt et sunt bene dispositi erga nostros honores, et comoda ac utilitates mercatorum nostrorum; et sicut habuimus per litteras speciales, maxime differentiae et discordiae fuerant et sunt inter dominum regem **Rassiae** ex una parte, et dominum **Balsam** ex altera, propter quas differentias subditi et cives nostri, conversantes in terris et partibus maritimis praedictorum dominorum, portant dampna maxima; et utile sit et pro honore nostri domini faciat, interponere nos et tractare pacem et concordium inter dominos praedictos, cum hoc sit de mente et bene placito domini regis **Raxiae**, qui nobis scripsit cum maxima instantia super hoc, vadit pars: pro faciendo dictos dominos nobis propitios et benevolos; quod elligantur duo ambassatores per duas manus electionum, misto consilio, rogatorum et additorum, et unam per scriptinium inter dictum consilium capitum et sapientum consilii et sapientum ordinum. Qui habere debeant de salario vel provisione pro tota ista ambaxata ducatos quin-



quaginta pro quolibet, et debeant habere et tenere famulos quinque inter ipsos duos, et unum notarium cum uno famulo; et possint expendere in die in omnibus expensis oris et agatorum, et omnibus aliis expensis quomodocunque occurrentibus, ducatos duos pro quolibet. Et non possint refutare, sub pena librarum C. pro quolibet. Et teneantur respondere die qua fuerint electi vel alia ad tertias; non possendo accipere aliquem a bancho ducalis domini, pro non impediendo facta terae; et debeant ambaxatores praedicti ire ad dictos dominos cum illa comissione, quae videbitur isti consilio, pro bono agendorum praedictorum.

Electi ambaxatores: sr. Georgius Laure-dano et sr. Andreas de Bernardo.

Misti del Senato XL. ch. 7.

### CLI. 1386. 8. Aprilis.

Заклучено одговорити калуѣру посланьку удовице господара Балше Балшиѣа, да може ова госпоя кадгодъ оне доћи у Млетке и отићи, и да ње бити лепо приимљива.

Capta: Quod pro expeditione istius calojeri, qui venit ex parte uxoris condam domini Balsae de Balsa cum ambaxiata, et specialiter ad illam partem per quam illa domina petit, quod placeat nostro dominio concedere, quod ipsa cum filiabus suis et havere, possit venire et stare pro habitatione Venetiis, in casu quo sibi videatur;

Respondemus: quod dispositi praedictae dominae in cunctis possibilibus complacere, sumus contenti et placet nobis, quod ipsa domina possit venire et stare et redire, cum filiabus et familia sua, et cum bonis et havere suis, ad suum benplacitum et ad suam voluntatem, quod ipsam et res suas tractabimus amicabiliter et benigne, et habebit continuo honorem suum. De aliis vero expositis per dictum calojerum, contentis in cedula sua, dicatur quod informabimus capitaneum nostrum Culfi, in proximo recessurum de Venetiis, qui ibit et loquetur cum praedicta domina, et sciet intencionem suam, et postea providebitur, sicut videbitur cedere ad honorem et bonum suum et nostrum.

Misti del Senato XL. ch. 25.

**СЛЛ.** 1386. Indict. IX. 12. Augusti.

Одговоръ Млетачке владе на предложена посланика  
кнеза Албаниѣ Карла Тониѣ.

Capta: Quod respondeatur isti ambaxatori domini Karoli Thopiae, principis Albaniae et domini Durachii:

Et primo: ad oblationes quas idem ambassator, pro parte dicti domini Caroli nobis facit, quae sunt primo: de votendo obligare se, ad solvendum nostro dominio quolibet anno ducatorum VI. centum, pro qualibet nostra guerra generali durante ipsa guerra: secundo: quodsi dominatio nostra volet habere

tractam frumenti in suo dominio, ipse sibi concedet illam, et non permittet quod aliqua alia pars habeat dictam tractam. Tertio: quod nullus mercator possit stare nec traficare in suo dominio praeter Venetos. Respondeatur ei: quod de dictis oblationibus valde regraciamus magnificentiae suae, quia cognoscimus illas procedere a magna dilectione et perfecto amore. Et propterea illas acceptamus alacriter, sperantes firmissime, quod ipsum dominum Carolum inveniemus semper prompte dispositum ad quaelibet nostra beneplacita et honores.

Ad petitionem vero quam dictus dominus Carolus, seu dictus ejus ambaxator pro eo nobis facit, de possendo extrahere de Venetiis arma, gentes armigeras et balistarios pro sua pecunia et cet. Respondeatur quod sumus contenti complacere sibi, verum intendimus quod ballistarios vel cujuscunque conditionis homines, quos extraxerit, si erunt Veneti vel habitatores Veneti, ipse teneat eos in fortaliciis suis, et quod non mittat ipsos extra ad campum aliquomodo; de aliis vero ballistariis vel gente armigera, qui non essent Veneti vel habitatores Venetiarum, possit ordinare et disponere ut sibi placuerit.

De galea vero quam petit dicatur, quod sumus contenti complacere sibi de una galea

cum suis furnimentis, pro sua pecunia, secundum requisitionem suam.

Ultimo dicatur dicto ambaxatori, quod in signum sincere et perfectae amicitiae, volumus quod dictus dominus Carolus promittat et se obliget nostro dominio, de habendo omnes nostros amicos pro amicis et inimicos pro inimicis. Nos vero offerimus et promittimus dicto domino, quod quodocumque ipse haberet guerram vel novitatem cum aliquo domino vel persona fideli vel infideli, in mari et in terra, mitemus suis expensis, illi domino vel personae, si placuerit ipsi domino Carulo, nostras litteras vel ambaxiatam, ad procurandum de pacificando et concordando ipsum cum illo vel illis, cum quibus dictam guerram vel novitatem haberet, favendo sibi ubique, tamquam civi nostro.

Misti del Senato XL. ch. 41.

**CLIII.** 1386. Indict. IX. die Veneris  
17. Augusti.

Пуномоћіє дато посланику Млетачкомъ Николи Фуекарн, да може уговарати са пуномоћникомъ и посланикомъ Карла Топіє, кнеза Албаніє и господара Драчкогъ.

**Sindicatus pro factis domini Caroli  
Thopiae.**

In Christi nomine. Amen. Nativitatis ejusdem millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, die Veneris decimo sep-

timo mensis Augusti. Serenissimus et excellentissimus dominus, dominus Antonius Venerio dei gratia dux Venetiarum etc.

Una cum suis consiliis, minori, rogatorum, XL et zonte, habentibus ad infrascripta et alia plenissimam libertatem, ad sonum campane, et voce preconia specialiter congregatis, et ipsa consilia una cum ipso domino duce unanimiter et concorditer nemine discrepante, per se et successores suos, ac nomine et vice comunis Venetiarum, et omnibus juribus modis et formis, quibus melius potuerint, fecerunt constituerunt et ordinaverunt, suum et dicti comunis Venetiarum syndicum, actorem, procuratorem, negotiorum gestorem et nuntium specialem, et quidquid amplius dici posset, nobilem et sapientem virum dominum Nicolaum Fuscari, honorabilem civem Venetiarum, absentem velut presentem, in omnibus eorum et dicti comunis Venetiarum causis, litibus questionibus et querelis civilibus et criminalibus, presentibus et futuris, et specialiter ad tractandum paciscendum conveniendum et firmandum, ac tractatus pacta et conventiones faciendum, cum ambaxatore et procuratore excelsi et magnifici domini, domini Caroli Thopiae Albanie principis et Durachii domini et c. sub quibuscumque articulis, promissionibus, modis et conditionibus, que dicto syndico videbuntur, cartas et

instrumenta rogandum, faciendum et recipiendum, cum stipulationibus, obligationibus, juramenti prestationibus, penis, renuntiationibus, cautelis et clausulis opportunis, et generaliter ad omnia alia et singula gerendum et faciendum, que in praedictis et singulis et in dependentibus et connexis et prorsus extraneis necessaria fuerint et oportuna, et que merita causarum et negotiorum exigunt et requirunt, et que ipsimet constituentes facere possent, si adessent; dantes et concedentes dicto eorum sindico et procuratori in predictis et circa predicta, et in dependentibus et connexis, et prorsus extraneis, plenum liberum et generale mandatum ac etiam speciale, ubi exigitur cum plena, libera, et generali administratione et potestate, et promittentes firma rata et grata habere, tenere attendere observare, et adimplere quecumque dictus eorum syndicus in praedictis, et circa predicta et in dependentibus et connexis et prorsus extraneis duxerit facienda, et non contrafacere vel venire sub obligatione omnium bonorum comunis Venetiarum. Actum Venetiis in ducali palatio, presentibus nobili et sapiente viro domino Raphaylo de Careisinis, honorabili cancelliario Venetiarum, et providis et circumspectis viris ser Desiderato Lueco, ser Petro de XL. ser Guilliemo de Clerutis et ser Petro de la Costa, omnibus ducatus Venetiarum notariis, testibus ad pre-

missa vocatis specialiter et rogatis, et aliis. In premissorum autem fidem, et evidentiam pleniorum prefatus suditus dominus dux presens instrumentum sindicatus fieri mandavit, et bulla sua plumbea pendente muniri.

Ego Leonardus de Anzolettis et c.

Commemor. VIII. ch. 115.

**CLIV. 1386. Indict. IX. 18. Augusti.**

Уговоръ заключенъ између Млетчиѣа и Карла Топіе  
кнеза Албаніе.

Pro domino Karolo Topia.

In Christi nomine, Amen. Anno nativitatibus ejusdem millesimo tercentesimo octuagesimo sexto, indicione nona, die sabbati decimo octavo mense Augusti. Nobilis et sapiens vir dominus Nicolaus Fuscari honorabilis civis Venetiarum, syndicus, et procurator serenissimi et excellentissimi domini, domini Anthonii Venerio, dei gratia illustris ducis Venetiarum, et cet. ac comunis Venetiarum ad infrascripta, et alia exercenda specialiter constitutus, ut constat publico instrumento sindicatus scripto per me Leonardum de Anzolettis, publicum imperiali auctoritate notarium et ducatus Venetiarum scribam, suprascriptis anno et indicione, die vero Veneris decimo septimo presentis mensis Augusti: sindicario et procuratorio nomine prefati domini duci et comunis Venetiarum omnibus modis, jure, forma, et causa qui-

bus melius potuit, ex una parte, et reverendus pater dominus Johannes dei gratia Verganensis episcopus, ambaxiator, procurator, et negociorum gestor excellentissimi principis et domini, domini Karoli Topiae Albanie principis, et Durachii domini et cet. ad infrascripta et alia exercenda specialiter constitutus, ut constat instrumento publico scripto manu Liberalis de Bachinis de Ferraria, publici imperiali auctoritate notarii, suprascriptis anno, et indicione, die vero primo mensis Julii, a me notario infrascripto viso et lecto, procuratorio nomine prefati domini Karoli, et omnibus modis, jure, forma et causa quibus melius potuit, ex parte altera ad infrascripta pacta, conventiones, promissiones, et obligationes concorditer venerunt, videlicet. **P r i m o:** idem ambaxiator et procurator dicti domini Karoli dicto nomine sponte obtulit, promisit et obligavit eundem dominum Karolum, quod ipse dominus Karolus solvet prefato domino duci et comuni Venetiarum, quolibet anno ducatos sexcentos auri, pro qualibet guerra generali ipsius domini ducis et comunis Venetiarum durante ipsa guerra. **S e c u n d o:** obtulit, et promisit dicto nomine, quod si ducale dominium et comune Venetiarum volet habere tractam frumenti in dominio ejusdem domini Karoli, ipse dominus Karolus conce-



det ducali dominio ipsam tractam, et non permittet, quod aliqua alia persona habeat ipsam tractam. Tertiо: obtulit et promisit dicto nomine, quod nullus mercator possit stare, nec traficare in dominio dicti domini Karoli preter Venetos. Quas quidem oblationes idem dominus dux, et syndicus predictus acceptaverunt, regratiantes valde de ipsis magnificentie domini Karoli prelibati, cognoscentes illas procedere a magna dilectione et amore perfecto, ac firmiter tenentes, quod ipsum dominum Karolum in venient semper prompte dispositum ad quelibet beneplacita, et honores ducalis domini Venetiarum. Preterea predictus ambaxiator et procurator jam dicti domini Karoli dicto nomine petiit, quod idem dominus Karolus, vel nuntii sui possint extrahere de Venetiis arma, gentes armigeras, et balistrarios pro pecuniis prenominati domini Karoli, de quo prelibatus dominus, dominus dux Venetiarum, et syndicus suprascriptus dicto nomine contenti fuerint complacere sibi cum tali conditione, videlicet quod balistrarii, vel ejuscunq̄ue conditionis homines extraherint, si erunt Veneti, vel habitatores Venetiarum, ipse dominus Karolus teneat eos in fortificiis suis, et non mittat ipsos extra ad campum aliquo modo; de aliis vero balistrariis, et gente armigera, que non essent Veneti, nec habitatores Venetiarum possit ordinare, et disponere ut sibi placuerit.

Item petiit dictus ambaxiator, et procurator nomine dicti domini Karoli, quod possit extrahere de Venetiis unam galeam cum suis furnimentis, per pecuniam ejusdem domini Karoli, de quo prefatus dominus, dominus dux et syndicus suprascripti dicto nomine, contenti fuerunt complacere domino Karolo antedicto. Ultimo ambaxiator et syndicus dicto nomine sponte obtulit, et per pactum expressum convenit, et promisit in signum sincere et perfecte amicitie, quod dictus dominus Karolus habebit omnes et singulos amicos ducalis domini Venetiarum pro amicis, et inimicos pro inimicis. Ipse autem syndicus domini ducis, et comunis Venetiarum dicto nomine obtulit, et promisit dicto ambaxatori et procuratori ejusdem domini Karoli, quod quodocumque ipse dominus Karolus haberet gueram, vel novitatem cum aliquo domino vel persona fideli vel infideli, in mari, et in terra. Illustris dominus, dominus dux et comune Venetiarum mittent expensis dicti domini Karoli illi domino vel persone, si placuerit domino Karolo suprascripto, literas ducales vel ambaxatam ad procurandum de pacificando, et concordando ipsum cum illo vel illis, cum quibus dictam gueram vel novitatem haberet, favendo sibi ubique, tamquam civi Venetiarum. Et predicta omnia et singula, suprascripti syndici et procuratores utriusque partis sindicariis, et

procuratoriis nominibus, quibus ut supra promiserunt sibi invicem, una pars alteri, et altera alteri, per stipulationem solemnem, huic inde interveniente, attendere, observare, et efficaciter adimplere bona fide, sine fraude, et in nullo contrafacere, vel venire aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto, sub pena dupli damni et interesse, et refectionis damnorum, et expensis, quotiens comittenda et exigenda, quotiens fuerit contrafactum, qua soluta vel non, presens contractus, et omnia et singula in ipso contenta, inviolabiliter observentur, pro quibus omnibus, et singulis observandis predictus dominus Nicolaus Fuscari, sindicario nomine suprascripto obligarunt omnia bona comunis Venetiarum. Et dictus dominus Johanes episcopus, procuratorio nomine antedicto, obligavit omnia bona predicti Karoli. Preterea suprascriptus dominus Johanes episcopus ambaxator, et procurator, ac procuratorio nomine prefati domini Karoli, sponte et ex certa scientia promisit suprascripto domino Nicolao Fuscari, sindaco, et sindicario nomine prelibati domini, domini ducis et comunis Venetiarum, stipulanti et recipienti, quod idem dominus Karolus Topia presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta, approbabit emolocabit, confirmabit, et ratificabit usque duos menses proximos venturos, per publicum instrumentum, in quo sit insertus totus tenor

presentis instrumenti sub penis et obligationibus suprascriptis. Acta fuerunt suprascripta omnia in civitate Venetiarum, in ducali palatio, in cancellaria comunis Venetiarum, presentibus nobilibus et sapientibus viris, domino Raphaino de Caresinis honorabili cancellario Venetiarum, ac ser Franceschino Minio filio nobilis viri ser Maphei Minio, cive Venetiarum, nec non providis et circumspectis viris, ser Petro de XL. ser Guilielmo de Clarutis, et ser Petro de la Costa, omnibus notariis ducatus Venetiarum, ac honesto viro domino Theodoro de Albania, filio quondam Sergii de Amissa, ambobus familiariis suprascripti domini episcopi, omnibus testibus ad suprascripta vocatis specialiter et rogatis, et aliis.

Ego Leonardus de Anzoletis de Venetiis, imperiali auctoritate et ducatus Venetiarum notarius, suprascriptis omnibus et singulis presens fui, et ipsa de voluntate et mandato suprascriptarum partium scripsi, et publicavi rogatus, signumque meum notariatus in fidem et testimonium premissorum apposui consuetum.

Commemor. VIII. ch. 116.

### CLV. 1387. 22. Martii.

Дозвољава се да посланикѣ краља Рашкогѣ може отићи на Млетачкѣмъ галијма до острова Браца.

Capta: Quod unus ambaxator serenissimi domini regis Raxiae possit levare su-

per galeis Culfi et duci ac deponi ad Braziam cum ejus famulis et arnesiis levibus.

Capta: Similiter possit levari et conduci ad partes Slavoniae Sr. Johannes de Ymola, nuncius serenissimarum dominarum reginarum Hungariae.

Misti del Senato XL. ch. 64.

### CLVI. 1387. 30. Martii.

Дозволява се да посланикъ княза одъ Вероне, кон иде у Рашку землю, може прећи на Млетачкимъ галияма у Славонию.

Capta: Quod quidam nuncius magnifici domini comitis Virtutum, nomine Guidotus Plato, qui mittitur ad partes Rassiae, possit levari super galeis Culfi cum famulis et arnesiis levibus, et conduci ad partes Slavoniae, in illo loco qui videbitur, non sinistrando armatam.

Misti del Senato XL. ch. 56.

### CLVII. 1388. Indict. XII. 30. Januarii.

Заклучено послати посланика краљу и краљивици Унгарије, и саопштити имъ оно што се дознае изъ Босне.

Capta: Sapientes Consilii. Quod pro reddendo informatum regem et dominam reginam Hungariae, de his que sentimus de partibus Bossinae, et etiam de illis duobus Cardinalibus, qui ituri sunt ad coronandum filium quondam domini regis

**Karoli.** collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum ambarum manuum, habeat libertatem mittendi unam sufficientem personam ad partes Hungariae, ad significandum sibi praedicta, pro bono agendorum nostrorum, per illum modum, qui dicto collegio utilis apparebit.

Secr. cons. rog. lib. III. E. (in copia ch. 145.)

### **CLVIII. 1388. Indict. XII. 3. Februarii**

Наставленъ за посланка идућегъ краљу Угарскомъ.

In collegio domini, consiliariorum, capitum et sapientum ambarum manuum, vigore suprascriptae libertatis, capta:

**Laurenti** vade ad praesentiam domini regis et excellentissimae dominae reginae Hungariae, cum nostris litteris credulitatis, quas tibi fecimus exhiberi, quibus et utrique eorum facta cordiali salutatione et generali oblatione cum illis verbis, quae tuae sapientiae videbuntur, expones, qualiter intendentes perseverare in sincera dispositione nostra et cordiali caritate, quam habemus ad majestates suas et statum suum, dedimus et continuo operam damus, de sentiendo de his, quae tractantur et fiunt, et praecipue tangentibus conservationem regni et coronae suae. ut possimus eos reddere de omnibus informatos, ad finem quod possint providere secundum quod viderint opus

esse. Et propterea notificamus eisdem, quod noviter informati fuimus, quod dominus Innocentius Papa in publico consistorio pronunciavit et publicavit in regem Apuliae, filium quondam domini regis Karoli, et deliberavit mittere duos de Cardinalibus suis, qui sunt de proximo recessuri ad coronandum eundem de regno praedicto.

Item sentimus quod dominus rex Bossinae de novo aquisivit et habuit castrum Clissae, et similiter castrum Vranae, et multum vigilat, ad acquisitionem et occupationem terrarum et locorum Dalmatiae, in tantum, quod apparet dictas civitates et loca esse in maximo dubio et timore, dubitantes non posse resistere potentiae dicti regis et oportere subjugare sibi.

Et ut audimus ipse rex dicit facere supradicta pro filio praedicti domini regis Karoli, et quod quidquid aquirit...—; et licet certi sumus quod dictus rex et domina regina praedicta haec per alias vias etiam habere potuerint, tamen moti sincera caritate nostra, quam indefesse habere intendimus ad conservationem status sui, timentes dubia et pericula, quae iudicio nostro videre videmur, si filius quondam domini regis Karoli intraret Dalmatiam, deliberavimus ipsa parte serenitatibus suis facere manifesta, ut possint ante tempus occurere, et sic sufficienter de utilibus et necessariis remediis pro-

videre, quod non occurrant aliqua, quae sint statui suo importabilia vel molesta.

Et expositis praedictis ac habita responsione ab ipsis domino rege et regina, redeas Venetias, supposito amicabili comeatu, quam citius poteris, de omnibus informatus

Si vero ipse dominus rex vel domina regina, donec ibi eris, dicerent tibi vel facerent aliquam mentionem de factis Dalmatiae, vel de aliquibus aliis, quae possent spectare et tangere statum nostrum, debeas respondere, quod super talibus nullum mandatum habes a nobis, nec ullam responsionem dare posses, sed si placet majestatibus suis aliqua tibi comittere vel dicere, ipsi possunt dicere quaecumque eis placent, quando tu venies ad praesentiam nostram et referes quaecumquae eis placuerint, et nos postea providebimus secundum quod nobis videbitur opus esse, pro honore suae excellentiae et nostro.

Verum quia leviter propter verba alias tibi dicta per dominam reginam, ipsa posset petere a te, si tu dixisti nobis ipsa verba, et quid nos respondimus, debeas respondere: quod tunc, quando majestas sua tibi dixit verba praedicta, si bene recolis, voluisti deelarari, si majestati suae placebat, quod illa nobis referres, et ipsa non respondit, propter quod considerante te, quod ipsa majestas sua dixerat tibi in magno secreto, tu noluisti



facere mentionem; sed bene potes testificari serenitati suae et mundo, quod dominatio nostra est talis naturae, quod si promitteremus sibi, vel alteri cuicumque propter aliquam causam, nos infallibiliter omnibus propositis attenderemus, quaecumque promitteremus.

Secr. consil. rog. lib. III. E. (in copia ch. 145.)

**CLIX. 1388. Indict. XII. 26. Februarii.**

Дозволява се да посланници Драчки и госпов Авлонске могу отићи кући на Млетачкимъ галијама.

Capta: Quod ambaxatores Durachii qui hic sunt, personae notabiles cum sua familia, et quidam nuncius dominae Avalonae, intimae amatricis nostri domini, possint levari super ista nostra galea armata, cum levibus arnesiis suis, et conduci Durachium et Avalonam, vel ad illa loca quae essent magis accomoda galee praedictae. Verum comitatur supracomiti ipsius, quod faciat expensas oris ambaxatae praedictae Durachii et suae familiae, quae solvantur per nostrum comune ut est justum.

Misti del Senato XL. ch. 151.

**CLX. 1388. 26. Februarii.**

Госпов Авлоне, на молбу њногоъ посланика, прийма се подъ заштиту Млетачку. и дозволява јој се да може вунити у Млетцима одну оружану галију, да се брани одъ нападања Турака.

Capta: Cum egregia domina Avalonae per suum ambassatorem humiliter expo-

ni fecerit nostro dominio, quod attentis insultibus *Turchorum* et aliorum, qui eam et res suas molestare non cessant, considerata affectione maxima, quam habuit et habet ad honorem nostri domini, quodque intendit se tenere et tueri sub nomine et protectione nostri domini, placeret nobis quod possit emere in Venetiis unum brigantinum pro armando, ut possit substinere et conservare se et loca sua, ad nostrum honorem. Insuper quod placeat nobis facere sibi litteras nostras patentes pro ipsa domina et subditis suis, qualiter ipsa est sub protectione et obedientia nostra, ne molestetur a quocumque. Etiam ipse ambaxator se offert quod faciet, quod ipsa domina in recognitionem *Sasni* a nostro dominio, erit contenta de dando omni anno tres ex suis hominibus a remo, capitaneo nostro *Culfi*, qui stabunt super galeis nostris *Culfi*, donec erit in actu redeundi *Venetias*, et stabunt ad expensas ipsius dominae de soldo. Vadit pars: Considerata sinceritate et laudabili dispositione ipsius dominae, quod fiat sibi sicut petit. Videlicet, quod possit emere unum brigantinum in Venetiis et conduci facere eum ad partes *Avalonae*, pro conservatione et bono ipsius dominae, ut dictum est. Et fiant sibi litterae patentes in forma opportuna, ut ipsa domina tractetur tamquam domina existens sub protectione nostri domini, ut superius dicitur. Quae litterae

non debeant assignari dominae praedictae nec nunciis suis, nisi prius faceret promissionem dictorum trium hominum pro Culfo. Et comittatur provisorio nostro Sr. Pecatio Malipetro et Sr. Leonardo Trevisano, vice-capitaneis Culfi, quibus assignentur literae patentes, quod dictam promissionem debeant acceptare et recipere a domina suprafata. Insuper comittetur capitaneis nostris Culfi, qui erunt per tempora, quod quando erit rediturus Venetias aliquis eorum, debeant deponere illos tres homines in terram in illo abiliiori loco, quem peterint, ut redeant domum sive ad partes eorum, quomodo comodius fieri poterit.

Misti del Senato. XL. ch. 158.

**CLXI.** 1388. Indict. XII. 17. Aprilis.

Кралю Рашкомъ дозволява се, да може изнети изъ Млетака вина Маливасіе.

Capta: Quod serenissimo domino regi *Rassiae*, hoc amicabiliter requirenti concedatur, quod possit facere extrahi de Venetiis et conduci ad partes suas, vinum *Monovasiae* ad valorem ducatorum ducentorum.

Misti del Senato XL. ch. 112.

**CLXII.** 1388. 3. Maii.

Дозволява се да посланикъ краля Рашкогъ може прелѣти на галин Млетачкой у Славонію.

Capta: Quod unus ambaxator serenissimi domini regis *Rassiae*, possit levare

super praesentibus galeis Culfi, cum famulis, jocalibus et levibus arnesiis et deponi in Scлавonia.

Misti del Senato XL. ch. 113.

**CLXIII.** 1388. Indict. XII. 29. Aprilis.

Закључено одговорити посланику краља Рашкогъ, зактевајућемъ да Млетчићи пошлю краљу посланике, нека овај пошлѣ свое посланике у Млетке, ако жели што саобштити Млетчићима.

Capta: Cum serenissimus dominus rex Raxia e scripserit nostro dominio rogando cum instantia, quod nobis placeat ad praesentiam suam mittere unum de nostris, ad audiendum ea, quae sua regia majestas dicere vellet. Vadit pars: pro multis bonis respectibus, quod pro modo non mittatur aliquis de nostris ad ipsum dominum regem Raxiae, quia non est necessarium; quia nos misimus alias ut notum est, et mittendo de novo et redeundo, et iterum remittendo ad ipsum dominum regem, perderetur multum de tempore. Sed si regiae majestati suae placet aliquid dicere nostro dominio, ipse potest mittere ad nos, quia audiemus alacriter et libenter omnia, quae sibi placebit dicere. Et sic respondeatur isti suo ambaxatori, qui est hic.

Secreta Cons. Rogatorum Lib. III. E. ch. 15.

**CLXIV.** 1389. Indict. XII. 6. Julii.

Одговоръ владе Млетачке на предложена посланика краља Босанскогъ.

Capta: Quod respondeatur ambaxatori serenissimi domini regis Bosnae, et pri-

mo: ad primam partem, de possendo extrahere de Venetiis seu de aliis partibus per civitatem nostram, libere certa arma sibi necessaria, pro factis suis; quod libenter complaceremus majestati suae in cunctis possibilibus, sed civitas nostra est ita conditionata, datiaque ordines nostri ligati, quod nullo modo hoc facere valemus; et propterea ipse solvendo datia nostri comunis, potest hoc facere ad beneplacitum suum. Uno rogamus suam excellentiam, quod non gravetur si ipsos nostros ordines infringere non valemus.

Ad aliam partem, de possendo extrahere galeas suas, quas habet in nostro arsenatu, et conducere ad loca sua, respondemus quod de hoc sumus valde contenti; sed ad partem de faciendo eas sociari per galeas nostras Culphy, propter cursores qui sunt intra Culphum, sic dicimus, quod galee nostrae ad praesens non sunt in istis partibus; sed in partibus valde remotis, pro arduis factis nostris, itaque hoc facere non possumus, et propterea rogamus, quod placeat habere nos merito excusatos.

Ad id autem quod ipse ambaxiator dixit de interpositione quam ipse dominus rex offert se facturum inter dominam reginam Margaritam et nos, ac verbis sibi dictis per ambaxatorem ipsius dominae reginae; respondemus, quod nos et nostrum comune semper optavimus et optamus vivere pacifice

et quiete cum omnibus, et propterea quandocumque nobis aliquid dicetur, de factis ipsius dominae reginae, nos audiemus id, quod nobis dici faciet.

Misti del Senato XLI. ch. 19.

### CLXV. 1389. 20. Julii.

Закључено одговорити Ђорђу Срацимиру, господару Уациња, молећемъ да му дозволе држати на мору две оружане галије, да то за садъ немогу учинити.

Capta: Cum per ambaxiatores domini Georgii Strazimir, domini Dulcigni, sit requisitum ducali dominio ex parte domini praedicti, quod possit tenere armatos in mari et in flumariis suis duos brigantinos, pro securitate suarum partium et flumarum pro facto salis, Vadit pars: quod respondeatur sibi ad istam partem, quod sicut notum est, nos essemus semper dispositi alacriter complacere dicto domino in cunctis possibilibus, tanquam intimo amico nostri domini. Sed sicut est manifestum, aliqui brigantini partium Apulee, discurrunt per mare, inferendo damna multis personis, contra quos nos intendimus penitus procedere et providere superinde. Et ne aliqui alii amici nostri, sub praetextu talis concessionis, si eam faceremus, faciant nobis similes requisitiones, quod cederet in maximum detrimentum multorum, rogamus praedictum dominum, quod placeat habere nos a dicta re-

quisitione merito excusatos, cum hiis et aliis verbis, quae videbuntur.

Misti del Senato XLI. ch. 22.

## CLXVI. 1389. 23. Julii.

Заклучено послати особитогъ посланика у Цариградъ и къ Турскомъ Султану, кон збогъ смрти Мурата да гледа са наследникомъ овога утврдити уговоре о трговиня, постоеће између Млетчиња и Турски Султана.

Capta: Quia nos praesentialiter habemus multa agere in imperio Constantinopolitano: tam super facto treuguarum nostrarum, quam super reformatione multarum extorsionum, quae fiunt nostris in imperio praedicto; est etiam habendus respectus ad nova, quae habentur de morte Morati et filii, et de novo dominio alterius filii, et dominatio procuret de habendo nostrum nobilem sufficientem et expertum in dictis partibus, cui bene omnia praedicta comitti possent, et sine expensis nostri comunis. Vadit pars: quod pro utilitate agendorum praedictorum, bono etiam dicti nostri comunis, quod in casu quo dominatio possit adimplere dictam intentionem, de habendo dictam personam, quod fiat ei commissio in hac forma: Videlicet.

Nos Anthonius Venerio, dei gratia dux Venetiarum et cet. comittimus tibi nobili viro Andree Bembo, dilecto civi et fideli nostro et cet.

— — — (судуе о Цариграду и трговини Млетачкой, — — па ниже:)

Capta: Ceterum quia est valde necessarium, providere ad facta Turchiae propter mutationes secutas in illis partibus, committatur vicebajulo qui erit in Constanti-nopoli, quod convocare debeat consilium de XII, in quo propositis et examinatis omnibus, quae haberi poterunt de dictis factis, debeant videre et examinare, si erit utile pro factis nostri comunis et mercatorum nostrorum, quod vadat ad praesentiam illius, qui erit in imperio loco Morati, et si deliberabunt quod ire debeat, tunc in bona gratia vadat et se praesentet cum nostris litteris credulitatis, quae ad cautelam fiant in personam amborum filiorum Morati separatae, ut praesentet illam, illius qui dominabitur. Quibus litteris praesentatis, et facta salutatione decenti et oblatione generali, cum illis verbis quae sibi utilia videbuntur, dicere debeat, quod subtus partitam galearum praesentium de Venetiis ad audientiam dominationis nostrae venerat, sed non clare, bellum et novitas, quod fuerat inter magnificum dominum Moratum, qua patrem suum, et comitem Lazarum, de quo diversa dicebantur, quibus fides bene praeberi non poterat. Sed tamen dominatio nostra audiverat de morte ipsius domini Morati, de qua maximam displicentiam habu-



erat, quia semper eum habuimus in singularissimum amicum, et dileximus eum et statum suum. Similiter audivimus de felici creatione sua ad imperium et dominium ipsius patris sui, de quo nos fueramus valde laetati, quia sicut sincere dileximus patrem, ita diligimus, et diligere dispositi sumus filium et suum dominium, et habere ipsum in singularem amicum. Utendo his et aliis verbis pertinentibus et bonis, quae suae sapientiae videbuntur. Et ante suum recessum debeat procurare, de obtinendo omnia illa bona, quae poterit pro franchisiis et libertatibus navigatorum et subditorum nostrorum, ut secure et sine impedimento possint ire ad partes et loca sua, charichare et mercari sicut poterant tempore patris sui et melius, si melius poteris obtinere. Et his factis, accepto honorabili comeatu redeat in Constantinopolim, de omnibus informatus et nobis scribat, quidquid fecerit et habuerit pro nostra informatione. Et in hoc casu eundo ad ipsum filium Morati, possit ipse vicebajulus, ultra salarii vicebajulatus, expendere ducatum unum in die, a die quo recesserit de Constantinopoli donec rediverit.

Et si per ipsum filium Morati fieret mentio de facto Petri Geno, qui ivit cum galea una et insignia nostra ad galeas Morati, debeat dicere et respondere, quod ipse non est sub nostro dominio, ymo est sub alia ju-

risdictione, et si ivit cum nostra insignia, ivit contra nostram intentionem, quia de hoc nihil unquam scivimus, faciendo excusationem cum istis et aliis verbis, sicut sibi videbuntur.

Misti del Senato XLI. ch. 23.

### CLXVII. 1389. 29. Julii.

Закључено да посланикъ кон ње ићи къ сину Муратовомъ, може потрошити 300 перпера на дарове, безъ чега бы путь његовъ быо одъ слабе корнети.

Quod vicebajulus Constantinopolis, qui per partem pridie captam ire debet ad filium Morati, si deliberabitur per consilium de duodecim, pro bono et utilitate agendorum sibi commissorum, possit expendere usque ad summam yperperorum trecentorum, pro donis faciendis in illis rebus quae videbuntur, quia aliter via sua esset parvae utilitatis sicut omnibus notum est.

(Ambaxator ad filium Morati electus fuit Franciscus Quirino.)

Misti del Senato XLI. ch. 25.

### CLXVIII. 1389. Indict. XII. 5. Augusti.

Закључено, дозволити госп. Ђорђу Срацимиру Балшићу, да може наоружати две галие, да се брани на своимъ рекама и обалама одъ некогъ свогъ слуге, кон се одметнуо и побуніо противъ њѡга.

Capta: Cum ambaxiatores domini Georgii Strazimir de Balsa exposuerint

inter alia ducali dominio ex parte praedicti domini, quod dignaretur concedere, quod ipse dominus posset armari facere duos brigantinos, pro custodia flumarum et pertinentiarum suarum, et pro resistendo cuidam servitori suo, qui factus est sibi rebellis. Vadit pars: quod pars pridie capta de dando sibi responsionem revocetur et ordinetur et sic respondeatur ambaxiatae praedictae. Quod sumus contenti complacere dicto domino, quod possit armari facere duos brigantinos pro custodia dictarum suarum flumarum et pertinentiarum et pro resistendo, ut superius dictum est. Intelligendo quod ipse non possit se extendere in mari, nec intromittere in mari aliquid ulle modo. Salvis et reservatis pactis et consuetudinibus, quas ipse dominus Georgius haberet cum civitate Durachii.

Misti del Senato XLI. ch, 26.

### CLXIX. 1390. Indict. XIII. 21. Maii.

Султанъ Баязитъ забранюе дирати Млетчиње зато што су се тужили на Млетчиње неки Турци Томерци и Казн звани, да су иј ови у Њриту поарали, ерѣ су то учинили други люди, са галије Еноцидске.

Del gram signor, et grande armirai o Baisit signor, al mio Zalabi Curbeij. Lo i de voluntade de la mia signoria, che algun Venician non habia alguna briga ne question per casom de quelì de Turchi, i qua-

li se vene a lementar avanti a la mia signoria, che e el so nome Thomerci et Chazi, i quali vene a lementarse, como in Crede in lo castello del Sitia jera stado tolto el so haver; la mia signoria si l a examinado, i o trovado, chi diseva buxia, ma jo sapudo che lo legno da Enocidi li prese e tolse el so haver. E de questo non habia algun impazo i Viniziani, e altramente non li sia fato. fo scripto di XXI Mazo Indicione xiiij del 6898.

Commemor. VIII. ch. 150.

**CLXX. 1390. Indict. XIII. Mense Maii.**

Султанъ Баязитъ потврђуе Млетчињима трговачке уговоре, које су имали са пређашњимъ господарима Азиатскимъ.

Copia literarum missarum dominio per  
magnificum dominum Bayssit Bey.

Del gram signor et grando armiraiio Bayssit signor. Al magnifico fradelo de la mia signoria doxe de Veniexia Antonio Venier sanitate et saludi asse. Debie saver de qua si e vegnudo el nobel homo Francesco Querini ambaxiator vestro a la mia signoria, ha me dicto vostra scriptura, et vostre parole. E domanda me li pati, li qual vui havevi cum lo signor de la Palatia et signor d' Altoluogo de quel tempo, lo nome so jera Chedir Zelebi, cum suo nevodi. Tuti quali pacti, che vuj havevi cum quelli, contento

che vui debie haver cum la mia signoria, et che el vegna i Venician de Veniexia, de Crede, Negroponte, Modon et Corom, chadaum che per Venitiani se spaza, se diebia venir in li luogi de la mia signoria, cum lo so haver et mercar, senza algun dubio et senza alguna contradicion. E par fermeza de zo, io fato questa scriptura de la mia signoria et per fermeza l' a e scripta del mese di Mazo, Indicione XIII. del millesimo del 6898.

Commemor. VIII. ch. 150.

**CLXXI. 1390. Indict. XIII. 21. Maii,**  
in Caraseri.

Султанъ Баязитъ потврђуе Млетчињима трговачке уговоре, које е заключио съ Турцима њиовъ посланикъ Антоније Веніеръ.

Del gram signor el grande armirai o Baysit signor, al magnifico et amado fratello de la mia signoria, doxe de Veniexia Anthonnio Venier sanitate et salute asse. Debia saver la vostra nobilitade, che de qua e vegnudo el nobel homo messer Francesco Querini ambaxiador vostro a la mia signoria, hame portado scriptura vostra et parole de vostra voluntade, tute le suo parole ho aldide et anchor a tute parole risposta, ch' io li ho dado al dito, ello fara assaver a la vostra nobelitate. El comanda la mia signoria, che d' anchuo in avanti, che in tuto quello mondo, ch' jo signorizo, in Gre-

cia, et in la Turchia, et in lo mar et in terra, che tuti i Veniciani, et chi Veniciani se spaza, cum tuto so haver, ch i possa mercar in li luogi de la mia signoria senza dubio et condracon alguna. E per zo di questo contenta la mia signoria, che li diti pacti e convencion, ch o fati cum lo vostro ambaxiator el nobel homo misser Francesco Querini sie fermi et rati in l' anema mia, et per le teste de mie fioli. Scripta li XXI de Mazo, in Caraseri Indicione XIII del 6898.

Commemor. VIII. ch. 150.

## CLXXII. 1390. 8. Julii.

Одговоръ краљу Босанскомъ, да су писма њгова пријмили, и да ће по њговој жельи Млетачка галија очекивати њгове посланике у Шибенику, да њ превезе у Млетке.

Capta: Scribatur d o m i n o r e g i B o s s i n a e in hac forma: Majestatis vestrae litteras datas Seteske XVII. Junii proxime praeteriti, sospitatem atque felices successus serenitatis vestrae fraterno more distinctius nuntiantes, leto corde suscepimus. Quae profecto nobis consolationem maximam attulerunt et gaudium, cum per ipsas litteras etiam per earum latorem noverimus, serenitatem regiam fore incolumem et jocundam, ex quorum notificatione gratiarum actiones exolvimus majestati vestrae, cui placuit de premisis efficere nos fraterne participes. Ceterum

cum in ipsarum litterarum serie cavebatur, quod cum serenitas regia proposuerit ad nos ambaxiatam suam transmittere, placeret nobis quoddam ex nostris navigiis ad partes **Sibenici**, sive **Tragurii** vel **Spaleti** destinare, ut securius praedicta ambaxiata possit ad nostram praesentiam se conferre, praesentibus respondemus, quod dispositi benplacitis regiis sincero affectu dilectionis annuere, mandamus quod unum ex lignis nostris armatis ad partes **Sibenici** usque **VIII.** diem **Augusti** proxime propere se reducat, super quo poterit ambaxiata vestrae majestatis ascendere, **Venetias** profectura, quam ob intimum ejusdem vestrae serenitatis amorem, illari mente videbimus. Placeat ergo majestati vestrae taliter mandare, quod dicta ambaxiata ad illud tempus se reperiat **Sibinici**. Nos quidem offerimus lete paratos ad quaeque conformia regiae celsitudinis vestrae, quam conservet altissimus feliciter et longeve.

Et ex nunc captum sit, quod lignum nostrum riperiae **Istriae** mittatur usque **Sibinicum**, ad levandum ambaxiatam praedictam et eam **Venetias** conducere.

Misti del Senato **XLI.** ch. 92.

**CLXXIII.** 1390. Indict. **XIII.** 30. **Augusti.**

Одговоръ Млетачке владе на предложена посланика  
краля Босанскогъ.

Capta: Quod respondeatur istis ambaxiatoribus domini regis **Bossinae** de

ambaxiata per eos exposita; et primo: ad primam partem, per quam ipse dominus rex, comunicat nobiscum prosperitates suas tamquam cum carissimis amicis suis et cet. Quod nos regramur multum majestati suae de amicabili et fraterna participatione, quam facit nobiscum de exaltatione coronae suae et status sui, de quo nos recipimus laetitiam et consolationem immensam, propter singularem amorem, quem semper habuimus et habemus ad excelsam domum suam, et quanto prosperitas et exaltationes suae forent majores, tanto nos essemus magis contenti; supplicantes altissimo, ut majestatem suam conservare et augere dignetur, secundum desiderium mentis suae.

Ad aliam partem, per quam ipse significat nobis, quod intentio et dispositio sua est, velle acquirere civitatem Jadrensem, sicut adquisivit alias civitates Dalmatiae, et propterea nos rogat quod debeamus sibi dare auxilium et favorem, ad possendum implere istam suam intencionem et cet. Respondeatur eis, quod sicut majestas sua plene novit, nos sumus in bona pace et benivolentia cum domino rege et corona Hungariae, et in bono amore cum Jadratinis, quam infringere non vellemus, nec possemus nisi cum magno onere nostrae comunitatis et nostri domini, quod non dubitamus ipse dominus rex nullo modo vellet; et propterea ro-



gamus excellentiam suam, quod si in hoc non condescendimus votis suis, habere nos placeat merito excusatos.

Ad tertiam partem, per quam se offert velle se interponere ad tractandum concordium et pacem et bonum amorem inter dominum regem Ladislaum, filium condam domini regis Karoli, et dominam Margaritam ejus matrem ex una parte, et nos ex altera et cet. Respondeatur ipsis ambaxiatoribus, quod teste deo nos semper sincera mente dileximus serenissimum quondam dominum regem Karolum, nec unquam volumus potentes habere multas praerogativas et avantagia, aliquid facere vel procurare cum adversariis suis contra statum suum, nec similiter contra statum dictorum suorum filii et uxoris, quae dispositio nostra, excepto quod intervenerit postea aliqua materia scandalali et erroris, semper fuit bona et sincera versus eos, eritque in futurum, quare quantum erit in nobis, quandocumque sibi placebit nos dispositos inveniet et paratos ad volendum cum eis vivere pacifice et quiete, ac in bona benivolentia, uti viximus cum domino rege Karolo supradicto.

Ad quartam partem, per quam ipsi ambaxiatores nobis significant, quod dominus rex praedictus est contracturus parentelam cum domino duce Austriae, et licet sciat, quod inter ipsum et nos sit sincerus

amor, tamen se offert procurare et facere, quod dictus amor et caritas de bono in melius augebitur. Respondeatur ipsis ambaxiatoribus: quod nos volumus esse manifestum excelentiae regiae, quod nostra comunitas semper conjuncta fuit singulari benivolentia et amore cum excelsa domo Austriae, et ad praesens notanter est cum domino duce Alberto. Sed si deo placebit, quod istud matrimonium compleatur, nos recipiemus tantam consolationem, quantam recipere valeremus, quia unitis ad invicem duabus amicitis nostris ita perfectis, certi reddimur, quod ntriusque partis amor augebitur versus nos, si augeri poterit, et nos etiam majorem causam habebimus, conservandi amorem et benivolentiam utriusque. Refferentes infinitas grates excellentiae regiae, quia ita vigilat ad honores et comoda nostra, ad eaque procuranda ita offert liberaliter se paratam.

Ad ultimam vero partem, quam ipsi ambaxiatores exposuerunt, per quam videntur innuere et requirere ligam generalem; videlicet quod amici unius partis, sint amici alterius et inimici inimici, et cet. Respondeatur ipsis ambaxiatoribus: quod sicut domino regi et toti mundo notissimum est, civitas nostra est taliter situata et fundata, quod ex solo exercitio mercaturae alitur et nutritur. Unde praedecessores nostri vigilantes ad conservationem dictae nostrae civitatis, procuraverunt

habere certa pacta et conventiones cum omnibus, ad quae pacta partes obligatae sunt, ita quod nullo modo ad istam ligam attendere valeremus, quia posset nimium praejudicium nostro statui generare; et propterea rogamus ipsum dominum regem, quatenus nos habere velit excusatos. Reddat tamen se certissimum, quod terras et subditos suos nos semper habebimus ut nostros proprios, benigne et favorabiliter recommissos; rogantes ut versa vice terrae et subditi nostri recommissi sint majestati suae.

Secreti Rogatorum. Liber III. E. ch. 59.

#### CLXXIV. 1392. Indict. I. 7. Octobris.

Како се чує да є Ђорђе Срацимиръ Балшикъ заробљенъ одъ Султана Баязита, кои зактева одъ нѣга, да му преда свою землю и градове, заключено є наложити капетану Кулфа, да иде къ нѣговой супрузи, и да ю храбри и одвраћа одъ тога предаваня землѣ своеє, и ако она буде искала помоѣ, да јој обећа.

Capta: Cum propter nova quae habentur multis modis et viis, de retentione domini Dulcigni et cujusdam consanguinei sui, facta per Baysith Turchum, et de conventionibus factis inter dictum Turchum et dictos dominos; videlicet: de dando et ponendo Dulcignum et Scutariac alia loca sua, sub potentia et dominio dicti Baysith, pro libertatione et relaxatione eorum. Omnino sit providendum super

hoc. Vadit pars: considerato quantum redundaret in praejudicium et damnum statui nostro et nostris navigiis, euntibus et redeuntibus per Culphum, si dicta loca pervenirent ad manus et sub potentia Turchorum. Quod mandetur capitaneo nostro Culphi, quod quam cicius poterit debeat ire Dulcignum et omnino det sibi operam, de essendo in colloquio cum dicta domina, et ostendendo dicere a se, et se movere sine aliqua conscientia nostra, dicat quod juxta requisitionem magnificentiae suae, licet usque tunc fuerit pro multis aliis negotiis nostri domini valde impeditus, non potuit cicius ire ad praesentiam suam. Sed providit ad eam mittere virum nobilem Sr. Nicolaum Belegno, tunc vicecapitaneum, cum quo ipsa poterat omnia conferre, tamquam cum ipsomet, quem ipse sensit decessisse, antequam aplicuerit Venetias; itaque dictum colloquium non potuit habere aliquem effectum, nec de ipso nostrum dominium potuit informatum fuisse. Propterea quod et quia sensit, virum suum dominum Georgium Strazimir et quemdam ejus consangvineum retentos fuisse a Baysith bey, et ipsos cum eodem convenisse et pactum fecisse, pro eorum libertatione, de dando et ponendo loca sua sub potentia et dominio ipsius Turchi; accessit ad eam ad hortandum et svadendum, quod sit constans et fortis ad manutenendum et conservandum ter-

ras et loca sua, ne perveniant ad manus Turchorum, quia si pervenerint, esset totalis destructio status sui et suorum filiorum; et etiam ivit ad praesentiam suam pro audiendo, quid sibi velit dicere, prout eum requiri fecit. Audiendo prius omnia quae ipsi dicere volet, et in casu quo dictus capitaneus requireretur a dicta domina, de subventione ballistariorum, et per verba dictae dominae et conditionem illarum partium, videret quod dicta loca subjacerent illi periculo quod dicitur, debeat dictus capitaneus ostendendo dicere pur a se, offere et dare dictae dominae si voluerit, viginti usque triginta ballistarios nostros, ad expensas dictae dominae, pro custodia illius vel illorum suorum locorum, pro quo vel quibus dicto capitaneo videbitur ipsos ballistarios fore magis necessarios. Si vero dicta domina non requireret capitaneum de dicta subventionem, tunc capitaneus non faciat dictam oblationem. Sed in omni casu informet se plenariae, de intentione et voluntate dictae dominae, et cum praedictis verbis et aliis oblationibus generalibus, quae dicto capitaneo videbuntur, procuret ut supradictum est, taliter hortari dictam dominam, quod sit constans ad substinendum se et loca sua, ac habeat et capiat bonam et confidentem spem in nostro dominio.

**CLXXV. 1392. Indict. XV. 8. Martii.**

Налаже се кашетану Кулфа, да одъ господара Драчкогъ, подъ условіама изложенявъ, гледа добити градъ Драчъ у Млетачке руке, како да непадне у руке Турцима.

Capta: Cum civitas Durachii, ad cuius conservationem tanto tempore vigilavimus cum tot laboribus et expensis, subiaceat manifesto periculo perveniendi nunc magis quam numquam, ad manus infidelium Turchorum, nisi salubriter bene et presto provideatur; quod si occurreret, quod Deus avertat, quantum cederet in damnum et dedecus totius christianitatis, et damnum et incaricum praesertim nostri Communis, sub cuius vexillo civitas illa hucusque dici potest, fore protecta et protegi, imo ut verius loquatur, ascriberetur nobis in maximum peccatum, permittendo tot animas christianas effici infideles, nam scimus quod huic inconvenienti possumus obviare.

Vadit pars: pro evitando hoc et pro bono nostro, quod mandetur capitaneo nostro Culphi, qui cum erit in partibus illis, debeat primo se plenarie informare, a consule civibus et amicis nostris de inde, de conditionibus dicti domini et dicti loci, qua informatione habita, debeat ire ad praesentiam dicti domini cum nostris litteris credulitatis, cui facta salutatione et visitatione decenti, pro parte nostra, cum verbis

tantum amicabilibus et benevolis, quantum poterit, debeat exponere.

Quod Deus novit, et suae magnificentiae patenter et ab experto constare debet, quod propter sinceram caritatem et dilectionem, quam continuo gessimus et gerimus, ac perpetuo gerere intendimus suae magnitudini, statui suo et civitati suae Durachii, ad honorem suum, ne dicta civitas perveniat ad manus infidelium Turchorum. Cognovimusque expresse bonam et oportunam voluntatem suae magnitudinis erga nostrum dominium, et fuisse et esse vigilem et attentam ad conservationem suam et dictae civitatis suae, que quidem nostra et suae magnitudinis intentiones et optime voluntates apparuerint hinc inde operis per effectum; nam nos et sua magnificentia fuimus contenti, quod turris illa custodiretur per nostros et staret fulcita nostris expensis, quae vere usque nunc fuit conservatio dictae civitatis et obstaculum intentioni Turchorum, sed considerantes conditionem suam et illarum partium, et quod Turchi non cessant procurare de habendo dominium dictae civitatis per omnem viam et modum, et impotentia suae magnificentiae et stimulo ac damno, quod continuo patiuntur subditi sui, tenemus pro constanti, quod dicta civitas omnino perveniet ad manus Turchorum, nisi apponatur unum solum salubre remedi-

um, cum omnia alia nihil prodessent in hoc facto; quod solum salubre remedium est; et sic rogamus magnitudinem suam precibus amplioribus quibus possumus, quae pro bono christianitatis et conservatione sui et dictae civitatis placeat et velit assentire.

Quod castrum Duratii fulciatur et custodiatur nostris expensis, sicut fit illa turris, ad honorem suum et status sui, et se reducat ad habitandum in civitate cum familia sua, habendo regimen et gubernationem ac introitus, et faciat justitiam, et sit dominus ut est ad praesens, concludendo quod faciendo magnificentiam suam hoc, nunc cognoscetur per effectum bona intentio sua, quam semper asseruit et ostendit se habere, erga christianitatem et specialiter ad nostrum dominium. Et cum de his verbis et rationibus et aliis quae dicto capitaneo apparebunt circa hoc, inducere dictum dominum ad praedicta, pro obtinendo dictam intentionem nostram; quam si obtinere poterit, subito et sine mora debeat fulcire dictum castrum balisstariis et omnibus aliis necessariis, ut melius poterit et sibi videbitur, et committere illis, quos deputabit ad dictam custodiam, quod custodiant dictum castrum taliter, quod nulla alia persona habeat potentiam in ipso, nisi nostrum dominium, faciendo tamen in nocte et in die et quolibet ser-



mone eorum clamari custodias sub nomine et ad honorem praefati domini.

Verum si dicto capitaneo videretur, quod dictus dominus esset difficilis, aut durus in condescendendo nostrae intentioni praedictae, vel etiam faceret aliquam excusationem circa hoc, tunc pro obtinenda dicta nostra intentione habeat libertatem dominus capitaneus noster, promittendi de provisione annuali inter dominum dicti loci et illos cives de inde, ac alios qui ei videbuntur, usque ad summam ducatorum quingentorum et minus, si cum paucioribus facere poterit, ultra tamen alias provisiones, quas nostrum comune dat ad praesens illis de inde, que remaneant firmae.

Quando vero facta omni experientia possibili, dictus capitaneus non poterit obtinere dictam nostram intentionem ullo dictorum modorum, et videretur dicto capitaneo et supracomitis, qui cum dicto capitaneo se reperirent ibidem pro tempore, vel majori parti eorum, et dictus locus esset pro veniendo ad manus Turchorum, tunc debeat dominus capitaneus supradictus per omnem modum et viam, quae videretur dicto capitaneo et supracomitis, qui ibidem secum se reperirent per tempora, aut majori parti eorum, procurare et facere, quod dictum castrum sit in potestate nostra, et perveniat ad manus et sub custodia nostra, fulciendo et faci-

endo custodiri ipsum et servari ad nostrum mandatum, et exclamari custodias sub nomine et ad honorem dicti domini, dimittendo ipsum dominum habitari cum sua familia in civitate, et habere introitus dictae terrae, et esse dominum ut est ad praesens, sicut in primo capitulo continetur superius, et ultra praedicta etiam, habendo dictum et omnes alios, omnem illam provisionem, quae promittetur vel fuisset promissa per dictum nostrum capitaneum eis.

Insuper debeat capitaneus noster praedictus, videre et examinare turrim nostram, quam ibi habemus, et si fortificari et claudi possit a parte interiori, ita quod sit bene fortis et bene secura ab utraque parte, tunc quocunque casu occurrente, debeat dictus capitaneus facere fortificari dictam turrim a parte interiori et ab omni parte quantum plus poterit, ita quod sit bene secura et fortis, et pro dictis expensis faciendis dentur dicto capitaneo ducatos ducentum de pecunia nostri domini in fornenseli aut aliter, ut videbitur dominio nostro.

Secr. Cons. Rogator. Lib. III seu E ch. 74.

**CLXXVI.** 1392. Indict. XV. 10. Martii.

Привилегија на грађанство Маетачко Ђорђа Балшића.

Privilegium civilitatis magnifici domini Georgii de Balsa, nati quondam do-

mini comitis Jure de Balsa, cum suis filiis et heredibus.

Antonius Venerio dei gratia dux Venetiarum et cet. Universis et singulis, tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consuevit personas honorabiles et magnificas sibi benevolas et devotas, honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatu nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis benevolentiae puritatem et devotionis plenitudinem, quam magnificus et potens vir, dominus Georgius de Balsa, natus quondam magnifici domini Jure de Balsa, intimi et carissimi nostri, ad nostrae magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus ejusdem tangentibus, promptum et devotum laudabiliter et incessanter se prebuit atque prebet. Supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, prefatum magnificum dominum Georgium, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem

nostrum cum suis filiis et heredibus, perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis immunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Georgius, ejusque filii et heredes in Venetiis et extra, perpetuo gaudeant et utantur, idemque dominus Georgius per suum procuratorem legitimum, nobis fidelitatis prestitit debitum juramentum; in cujus rei fidem et evidentiam pleniorum presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, die decimo mensis Marcii; indictione quindecima.

**CLXXVII.** 1392. **I n d i c t. I. 30. N o -**  
**v e m b r i s.**

Привилегія на граѓанство Млетачко Радића Црноу,  
господара Зенте, Будве и др.

**Privilegium magnifici domini R a d i ç**  
**de Ç e r n u e, domini Z e n t e, B u d v e et**  
**c. p a r t i u m S c l a v o n i a e; de gratia intus**  
**et extra, cum suis filiis et heredibus.**

**Anthony Venerio dei gratia dux Vene-**  
**tiarum et c. Universis et singulis tam amicis**  
**quam fidelibus et tam presentibus quam fu-**  
**turis, presens privilegium inspecturis, salutem**  
**et sincere dilectionis affectum. Tanto benig-**  
**nus ducalis providentia consuevit personas**  
**honorabiles et magnificas, sibi devotas et**  
**fideles honoribus prevenire, ipsarumque fidem**  
**et devotionem dignis retributionibus compen-**  
**sare, ac ipsas dotalibus favoribus conval-**  
**lare, et ipsarum petitiones liberalius ex-**  
**audire, quanto ducatu nostro devotiores fide**  
**et operibus se ostendunt. Attendentes igitur**  
**multiplicis fidei puritatem et devotionis ple-**  
**nitudinem, quam magnificus et potens**  
**vir, dominus Radiz de Çernue, do-**  
**minus Zente et Budve et cet. inti-**  
**mus amicus noster, ad nostrae magnitudi-**  
**nis excellentiam habere promptis affectibus**  
**se ostendit, qui in agendis, nos, ducatum nos-**  
**trum et singulares personas ducatus ejusdem**  
**tangentibus, promptum et devotum laudabili-**

ter et incessanter se prebuit atque prebet; supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, prefatum magnificum dominum Radiç, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectum et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, imunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Radiç ejusque filii et heredes, in Venetiis et extra, perpetuo gaudeant et utantur, idemque dominus Radiç, per suum procuratorem legitimum, nobis fidelitatis prestitit debitum juramentum, in cujus rei fidem et evidentiam pleniorum presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo secundo. mensis Novembris die ultimo, indictione prima.

**CLXXVIII. 1393. Indict. I. 29 Aprilis.**

Одговоръ князу Іовану бану Далмаціе, на његово предложеніѣ, да ће посредовати у заключенію саюза између Млетака и краља Унгаріѣ, и њна закљечаніѣ, да му Млетчињи даду три галије противъ Задрана.

**Capta:** Quod respondeatur ad istam ambaxiatam nobis expositam per ambasiatores magnifici domini comitis Johannis; et primo: ad primam partem de liga tractanda cum domino rege Hungariae contra Turchos, ad quam offert se interponere inter ipsum dominum regem et nos, in casu quo nobis placeat attendere ad illam, non dubitans, quod dominus rex erit contentus mittere suam ambaxiatam ad tractandum illa, et cet. Quod nos clare et manifeste cognoscimus, quod motio verborum istius tractatus ligae, quam facit magnificus dominus comes praedictus, procedit a sincero amore et tenera caritate, quam semper portavit et portat nobis et nostro dominio, et similiter a solito fervore, quem habuit et habet ad conservationem honoris et status regni et coronae Hungariae, de adversitatibus et persecutionibus cujus regni, teste deo nos gravit et gravat immense. Sed sicut magnificentia sua, cui patent ut nobis omnia quae fecimus et operati sumus pro augmento et conservatione illius regni, plene novit, inter ipsum dominum regem et coronam Hungariae, et nos nostrumque comune, viget ita bonus amor et

sincera dilectio, quod et propter istam causam et plures alias rationabiles et honestas, non videtur nobis necessarium intrare ad tractatum ligae. Sed si ipsi domino regi pro conservatione regni sui forent aliqua necessaria, quae per nos fieri possent, nos quocumque fuerimus requisiti, parati inveniemur ad complacendum suae majestati, faciendo versus nos de rebus justis rationabilibus et honestis. Regratiantes immense ipsi domino comiti de bona dispositione, quam omni die evidentius habere cognoscimus magnitudinem suam ad honores et beneplacita nostra, ad cuius quoque grata sumus vice versa prompta mente dispositi.

Ad alteram partem de tribus galeis, quas ipse dominus comes requirit a nobis pro damnificando Jadratinos, ut sint obedientes domini regi et coronae Hungariae, ac sibi tamquam bano Dalmatiae et cet. Respondeatur, quod nos sumus satis certi, quod dominus comes non dubitat, quod nos libenter complaceremus magnificentiae suae, de cunctis nobis possibilibus cum nostro honore. Sed in veritate istud foret cum nimio onere nostri domini, et contra id quod quaerimus et quaesivimus tota die; scilicet vivere in pace et benivolentia cum omnibus et praecipue cum circumvicinis nostris, nam non est dubium, quod si daremus dictae suae magnificentiae galeas praedictas, Jadratini possent juste et rationabili-



ter gravari de nobis; et propterea rogamus, quod istis consideratis et aliis, quae dici necessaria non sunt, habere nos placeat merito excusatos.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. E. ch. 81.

### CLXXIX. 1393. 27. Junii.

Одговоръ на предложенъ посланка бана Ювана, о саюзу Млетчяна са краљѣмъ Венцеславомъ.

Capta: Quod fiat responsio ad ambasia. tam nobis expositam per hunc fratrem minorem, pro parte Johannis Bani, nostri amici carissimi, per quam ipse nos requirit de liga cum rege Vencisla o et aliquibus baronibus regni Hungariae, offerendo facere venire litteras opportunas, et dicendo, quod attendentibus nobis ad dictam ligam, erunt dispositi de faciendo de rebus nobis gratis et cet. Quod rei veritas est, quod nos sumus amici domini regis Sigismundi et similiter domini Venceslay, et per dei gratiam sumus in pace et bona benivolentia cum omnibus. itaque non faceret pro nobis nec pro statu nostro, attendere ad ea, de quibus nos requirit, quia ex ipsis comuniter pervenitur ad guerras; salvo et reservato, si notabilis causa nos moveret.

Alii volunt: Quod respondeatur ad istam ambasiatam: quod plene audivimus et intelleximus omnia, quae nobis dixit et quae ostendere voluit iste frater minor pro parte domini Johannis Bani, quem in rei ve-

ritate habemus et tenemus in amicum nostrum praecipuum; sed sicut sapientia sua plene videre et sentire potest, totus mundus ad praesens est in magno motu et diversis anfractibus, quibus consideratis non videtur nobis aliquid respondere super hoc.

Alii volunt: Quod respondeatur ad ambasiatam quam nobis portavit iste frater minor, pro parte Johani bani in istis paucis verbis, quod nos bene et diligentur intelleximus ea, quae nobis dicendo mittit ipse Johannes banus, amicus noster carissimus, et propterea ipse potest redire ad eum, et sibi dicere parte nostra: quod cum domino rege et regina Hungariae, ac illo regno nos sumus convincti singulari benivolentia et amore; similiter habemus et tenemus reginam Margaritam et ejus natum dominum Vencislaum in caros et singulares amicos nostros, sed quia nos videmus ea, quae nobis dicit fore multum nuda, non apparet nobis de faciendo sibi aliam responsionem.

Alii volunt: Quod respondeatur isti fratri minori, quod intelleximus diligenter ea quae nobis exposuit, quibus intellectis rogamus Johannem banum, carissimum amicum nostrum, quod non displiceat sibi, si propter aliquas justas et rationabiles causas, pro praesenti non facimus sibi aliquam responsionem.

## CLXXX. 1393. Indict. I. 13. Julii.

Привилегія на грађанство Млетачко войводе Босанскогъ  
Хрвоѣ, и брата му бана Вука.

Privilegium magnifici domini  
Cheruoje vojvode Bossinensis,  
cum suis heredibus, gratie de intus et extra.

Antonius Venerio dei gratia dux  
Venetiarum. Universis et singulis tam ami-  
cis quam fidelibus et tam praesentibus quam  
futuris praesens privilegium inspecturis salu-  
tem et sincere dilectionis affectum. Tanto  
benignius ducalis providentia consuevit per-  
sonas egregias et honorabiles, sibi amicabi-  
les et devotas honoribus prevenire, ipsarum-  
que fidem et devotionem dignis retributioni-  
bus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus  
convallare, et ipsorum petitiones liberalius  
exaudire, quanto ducatu nostro devotiores  
fide et operibus se ostendunt. Attendentes  
igitur multiplicis benevolentiae puritatem et  
devotionis plenitudinem, quam egregius ac  
magnificus vir, dominus Cheruoje  
vojvoda, filius condam vojvode  
Bossinensis, ad nostrae magnitudinis  
excellentiam habere promptis affectibus se  
ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum  
et singulares personas ducatus eiusdem tan-  
gentibus promptum et devotum laudabiliter  
et incessanter se prebuit atque prebet, sup-  
plicationibus nobis sua parte porrectis gra-  
tiosius annuentes, praefatum magnificum do-

minum Chervoyam voyvodam, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, immunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus dominus Cheruoye voyvoda cum suis heredibus in Venetiis et extra perpetuo gaudeat et utatur; nobis quoque prefatus dominus Cheruoye voyvoda per suum procuratorem legitimum soleniter ad sancta dei evangelia prestitit fidelitatis debitum juramentum. In cujus rei fidem et evidentiam plenior, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo tertio; mensis Julii die tertio decimo, indictione prima

Simile privilegium factum fuit de verbo ad verbum, egregio et magnifico viro, domino Volcho bano, filio con-

dam voyvode Bossinensis, fratri  
suprascripti domini Cheruoje.

Liber Privilegiorum I-mus charta 107.

**CLXXXI.** 1393. Indict. II. 3. Februarii.

Одговоръ епископу Скадарскомъ, посланику господара  
Улцискогъ, на предложенъ да жели предати Скадаръ  
Млетчињима.

Capta: Cum jam multis diebus comparu-  
erit ad praesentiam domini reverendus pater  
dominus episcopus Scutarenensis, tam-  
quam ambaxiator domini Dulcigni,  
offerens dare nobis nomine dicti domini lo-  
cum Scutari et aliqua alia sua loca infra  
terram, volentibus nobis providere de eo se-  
cundum quod erit rationabile atque justum;  
ac requirens superinde nostram responsio-  
nem, vadit pars: considerato quod dicta loca  
non sint ad marinam, ymo valde remota, et  
forent potuis damnosa nobis quam utilia, con-  
siderato etiam, quod dictus locus Scutari  
praesentialiter est in manibus Turchorum, ita  
quod male sine scandalo intromitti posset, et  
quampluribus aliis rationibus, quod cum istis  
et aliis utilibus et bonis verbis et rationibus,  
quae dominio videbuntur, fiat responsio ipsi  
domino episcopo, lutanando se a facto, pro  
utilitate agendorum nostrorum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. E. ch. 91.

**CLXXXII. 1393. 18. Aprilis.**

Закључено да кнезъ Никета може градити о своѣмъ трош-  
ку тврдињу на брегу кодъ Лемелие.

**Capta: Quod comes Nicheta possit  
construi facere ad caput de Lemelie, om-  
nibus suis expensis, unum castrum, quod cus-  
todire debeat ad honorem dominationis nos-  
trae et cet.**

Misti del Senato. XLII. ch. 108.

**CLXXXIII. 1393. 20. Aprilis.**

Уговоръ са господаромъ Зенте Радиномъ Црноємъ, о пре-  
дан тврдинѣ Лешке кодъ Драча.

**Capta: Quum tempore quo provisores  
nostri steterunt in Durachio, facta et fir-  
mata sint certa pacta cum quodam barone  
de partibus Zentaе, qui vocatur Radize  
Cernoje, qui tenebat et tenet castrum  
de Leexio, et sicut patet per praedicta  
pacta, firmata et ratificata per provisores nos-  
tros et ipsum dominum seu ambassatores su-  
os, praedictum castrum cum toto suo terri-  
torio et villis, debet pervenire in manibus  
nostrae dominationis, cum pleno dominio  
quam castri tam territorii, et ex certa oppo-  
sitione ipsi domino missa longissima adscri-  
bendum, prout isti consilio divulgabitur, con-  
clusio in facto praedicto non exstiterit, et  
quum castrum sit positum super forum sa-  
lis, qui mittitur Slavoniam, et est oculus  
dexter Durachii, sine ipso nihil dici po-**

test valere Durachium, et secum Durachium omnes passus mercatorum habebit, quae mittuntur Slavoniam et exinde conducuntur, et per ipsum locum totus sal Durachii et aliunde dispensatur et cet.

Misti del Senato. XLII. ch. 109.

### CLXXXIV. 1393. 6. Maii.

Заклучено дати Курсаху, мужу Воиславе сестре Ђорџа Топиѣ, половину доходака, кон е уживао покойный Ђорџе, и свръ тога 100 дуката на даръ.

Capta: Cum per provisos nostros existentes in Durachio provisum fuerit de quodam Cursacho, marito domine Voislavae, sororis condam domini Georgii, quod de omnibus utilitatibus, quae perveniebant ipsi condam domino Georgio ex possessionibus suis, ipse haberet medietatem pro usu et sustentatione sua et familiae suae, considerato, quod in maxima paupertate deductus est et multum est obediens omnibus mandatis nostri domini. Vadit pars: postquam de aliis nobilibus provisum est, quod dictus Cursacho gaudere debeat medietate omnium reddituum et proventuum spectantium et pertinentium condam ipsi domino Georgio, et hoc ad beneplacitum dominationis nostrae; et ultra, quod pro dono sibi dentur ducati centum auri, cum quibus poterit suis maximis necessitatibus obstare.

Misti del Senato. XLII. ch 109.

**CLXXXV. 1393. Indict. I. 26. Junii.**

Одговоръ посланику госное Авалонске на нека предложеня.

Capta: Quod respondeatur ad ambasia-  
tam nobis factam pro parte dominae Ava-  
lonae, et primo:

Ad primam partem: in qua ipse facit  
mentionem, quod domina sua praedicta est  
disposita, observare et dare nobis seu pone-  
re super nostris galeis Culphi, illos homines  
quos dare nobis promisit omni anno pro  
Turri del Prego et pro Sasno, exhibi-  
tis sibi per nos et cet. Quod dispositio suae  
dominae supradicta est justa et rationabilis,  
quia debitum est servare promissa, et maxi-  
me recipientibus personis, et habentibus cau-  
sam propter quam, sicut ipsa habet, quia be-  
ne novit, quanto placibiliter et liberaliter  
complacimus sibi de dicta turri, et non du-  
bitamus, quod ut promittit et tenetur, invio-  
labiliter observabit, tam pro satisfaciendo de-  
bito suo, quam ut habeamus causam, sicut  
intentio nostra est, conservandi secum bene-  
volentiam et amorem.

Ad alteram partem continentem, quod  
ipsa domina est disposita dare nobis cas-  
trum suum Avalonae, in casu quo veli-  
mus facere versus eam de rebus rationabili-  
bus et honestis et cet. respondeatur eidem,  
quod teste deo nos sumus satis avidi, quod  
quicumque et specialiter amici nostri, qua-



lem eam tenemus, stent in dominiis et regiminibus suis, et potius possideant et gubernent loca sua, quam nos; et propterea nos regratiamur satis magnificentiae suae de bona sua intentione et dispositione; rogando eam instanter, quod placeat regere et gubernare castra sua, sicut hucusque fecit, et si propter hoc forent sibi necessarii de ballistariis nostris, nos sumus contenti et sic sibi offerimus, quod pro sua pecunia possit soldari et accipere de terris nostris, usque ad numerum de vigintiquinque, cum quibus attendat ad custodiam et conservationem locorum suorum predictorum, et si hoc acceptabit, scribatur nostris rectoribus, quod sic debeant observare.

Ad tertiam partem de facto Constantini, continentem quod ipse est dispositus munire quinque vel sex de locis suis bene et sufficienter de omnibus pro quatuor annis, et recedere ac se reducere ad habitandum in Nigroponte vel in Corfou cum uxore, familia et rebus suis, et quod propterea nobis placeat hoc sibi concedere et cet.

Respondeatur: quod in his quae honeste et habiliter possemus, complaceremus libenter dicto domino Constantino, sed nos non videmus bene modum, quod in illis locis istud facere possemus, nihilominus si placeret sibi se reducere ad civitatem nostram Venetiarum, hoc satis placeret no-

bis, et honoraremus personam suam in cunctis nobis possibilibus, tamquam amicum nostrum carissimum, et secundum quod deceret magnitudinem suam.

Secret. Consil. Rogat. Lib. III.  
seu E. ch. 81.

**CLXXXVI.** 1393. Indict. II. 11. Septembris.

Заповестъ вицекапетану Кулфа, да недра у посланика Турскогъ Султана Баязита, кон иде моремъ у Апуљску краљу Венцеславу.

Capta: Quod scribatur sr. Francisco Bembo vicecapitaneo Culphi in hac forma. Intelleximus litteras vestras quas misistis nobis, datas supra Spalatum 28. mensis Augusti, in quibus inter alia fit mentio, qualiter ille Nicolaus de Tragurio vobis dixit, quod habet in mandatis a domino suo, de faciendo poni cum uno brigentino, unum Turchum in Apuleam, qui est ambasiator domini Basaiti et vadit ad dominum regem Venicislaum, pro complemento nuptiarum, tractatarum inter ipsum dominum regem et filiam dicti Basaiti; et quod vos estis dispositus ire ad apostandum eum in aquis Manfredoniae, quia habetis quod debeat illuc capitare, et si casus dabit, quod veniat in manus vestras, reddere sibi meritum, pro suis bonis operibus. Unde consideratis omnibus quae consideranda sunt, super ipsa intentione vestra, et maxime quod dic-

tus Turchus ambaxator non vadit in cursum, nec pro aliqua alia, quantum ad nos, causa inhonesta, fidelitati vestrae cum nostris consiliis scribimus et mandamus, quod in casu quo veniret in manus vestras, eundo vel redeundo, vos non debeatis ei nec suis in personis vel rebus, nec dicto brigentino aliquam injuriam vel violentiam facere, sed debeatis ipsum honorare cum illis verbis et per illum modum, qui vestrae sapientiae videbitur, ita quod habeat causam laudandi nos, dominium nostrum et vos, gerendo vos taliter in executione istius nostri mandati, quod possitis apud nos de bona observantia comendari.

Misti del Senato XLII. ch. 129.

**CLXXXVII. 1393. 26 Septembris.**

Одговоръ Вуку Бранковићу на његово захтеванѣ, да му се врате драгоценне ствари, које су биле миразъ његове сестре, удате за Ђорђа Тошию.

Capta. Quod respondeatur magnifico domino Volcho de Brancho, intimo amico nostri dominii, quod intellectis litteris suis nos instantissime deprecantibus, quatenus nobis placeat sibi facere consignari res, existentes in manibus castelani nostri Durachii, quae fuerunt datae condam domino Georgio Thobie, pro dote sororis suae; quod scripsimus superinde et dedimus in mandatis praefato nostro bajulo et capitaneo Durachii, quod faci-

endo magnificentia sua erga nostrum dominium et subditos et fideles nostros de rebus rationabilibus et honestis, quod ipse noster bajulus faciet, quod ipsa sua magnificentia habebit se merito contentari. Capitaneo vero nostro praedicto mandetur, quod cum illis sapientibus, bonis et dextris modis, qui suae sapientiae videbuntur, debeat procurare cum domino **Volcho**, quod ipse sit contentus, quod itinera currant et stent apperta et quod cives, mercatores et fideles nostri tractentur in locis et terris suis dulciter et benigne, et quod eis confirmentur solitae libertates et franchisiae, et meliores si poterit obtinere, faciendo quod de praedictis appareat scriptura in bona forma; quibus sic pactis et in eis conclusis, debeat idem noster bajulus **Durachii** consignare facere unam coronam auream et paria quatuor cercellorum perlarum, existentes apud castellanum nostrum **Durachii** praedictum, quae fuerunt praefatae dominae, cui praedictae res spectant de jure.

Misti del Senato XLII. ch. 131.

**CLXXXVIII.** 1394. 2. Februarii,  
Sutiscae.

Писмо краља Босанскогъ Стефана Дабинче, Дужду Млетачкомъ Антонио Венерио, коимъ му препоручуе некогъ свенитеника Михаила, свогъ човека.

Copia literarum missarum ducali dominio per dominum regem **Bosine**.

Excellentissime frater carissime. Quia jam dudum, sicut recolimus alias excellentiae vestrae scripsisse, commisimus egregio viro domino Georgio protovestiario nostro, dilecto sibi noto, quod de galeis nostris istic Venetiis apud vos existentibus, sicut scitis, vice nostra ordinare disponereque deberet et posset, prout videretur et placeret eidem, ex tunc nos ratum et gratum habere, quidquid super inde faceret, promittendo. Et nunc ipse comissionem nostram hujusmodi sibi factam, licet alias eam prius fecerit, sicut refert nobili viro Marino de Caboga honorabili civi et factori Ragusino, istic idem Venetiis, ut nostis tunc et nunc etiam existenti; venerabilem virum dominum Michaellem Dominici presbyterum Ragusinum capellanum suum, exhibitorem scilicet harum, istuc idem ad vos mittit specialiter exequatum. Igitur ipsum ipsi excellentie vestre recomendamus attente requirentes eandem, eum in sibi commissis per ipsum fraternitati vestre oretenus exponendis, nostri consideratione recomdatum habere, et dirigere, et sibi demum favorabiliter assistere dignemini in eisdem, sic quod vestro mediante favore, finem exinde celerem et optatum, sicut de dicta fraternitate vestra confidimus, consequi valeamus, factura nobis in eo complacentiam specialem, adscribendam inter specialia beneplacita nostra. Et tandem vice versa, vobis et vestris in omnibus vobis gratis, libenter et libere re-

pendendam, prout idem dominus Michael de omnibus excelentiam informabit eandem, cui que circa hec referet ei, viva voce nostrique vice, credulam fidem placeat adhibere. Data in nostra aula Suthiste, die secunda mensis Februarii, anno MCCCLXXXIII.

**Stephanus Dabischa** dei gratia Rasiæ Bosne Maritimeque etc. rex.

A tergo: Excelentissimo fratri nostro carissimo, domino **Antonio Venerio**, Dei gratia duci Venetiarum.

Comemořiale VIII. ch. 189.

**CLXXXIX.** 1394. Indict II. 9. Aprilis.

Привилегија на грађанство Млетачко Вуку Бранковићу, господару Рањкомъ и Славонскомъ.

**Privilegium magnifici domini Volchi de Brancho**, cum suis filiis heredibus, gratie de extra.

**Antonius Venerio** Dei gratia dux Venetiarum. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consvevit personas magnificas et illustres, sibi amicabiles et devotas honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatu nostro devotiores, fide

et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis benevolentiae puritatem et devotionis plenitudinem, quam magnificus ac potens dominus Volchus de Brancho, dominus Rassie, Slavonie et cet. carissimus et intimus amicus nostri domini, ad nostrae magnitudinis excelentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus ejusdem tangentibus, promptum et devotum laudabiliter et incessanter se prebuit atque prebet. Supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, eum nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus, perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, immunitatibus, et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus dominus Volchus de Brancho cum suis filiis et heredibus in Venetiis et extra perpetuo gaudeat et utatur; prefatus quoque dominus Volchus per

nuntium suum legitimum, soleniter ad sancta dei euangelia, prestitit fidelitatis debitum iuramentum. In cuius rei fidem et evidentiam pleniorē presens privilegium fieri iussimus et bulla nostra plumbea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio. anno domini incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, mensis Aprilis die nono, inditione secunda.

Liber privilegiorum I. charta 111.

**CXC.** 1394. Indict. II. 16. Julii.

Закључено, по молби посланика Драчки, «потврдити обштини Драчкој уговорену са господаромъ Њорџемъ Топиомъ привилегију, у којој се Млетички обвезују, да ћеду одржати уставе и законе града Драча.

Capta: Insuper quia dicti ambasiatores supplicant nostro dominio, quod dignemur dictae comunitati Durachii facere litteras nostras patentes, in quibus contineatur illud capitulum, quod insertum est in privilegio alias dato domino suo, condam domino Georgio Topiae, continens quod dominatio nostra debeat servare statuta et ordines dictae civitatis Durachii, Vadit pars, cum ita sit ut dicti fideles nostri supplicant, quod fiant eis dictae nostrae litterae, in quibus sit insertum capitulum sprascriptum, ut ex hoc videant benignitatem nostri domini et ut magis fideles reddantur nostro dominio antedicto.

Misti del Senato XLIII. ch. 16.



**CXCI.** 1394. Indict. II. 16. Julii.

Закључено дозвољити госпођи Војслави, сестри покойногъ господара Драчкогъ Ђорђа Топиѣ, да се може удати за Прегона Дукагина.

Capta: Quia pridie quando captum fuit in hoc consilio, quod domina Voyaslava, soror condam domini Georgii Topiae domini Durachii, deberet habere provisionem quam dabamus marito suo et sibi, cum conditione quod in casu quo vellet se maritare, accipere deberet personam, quae foret dominio nostro grata, et nunc ipsa scribat, quod optat se copulare Pregono Duchayno, qui est unus ex illis nobilibus, qui pridie fuerunt ad nostram praesentiam, in casu quo de beneplacito nostro sit. Vadit pars, quod rescribatur baiulo et capitaneo nostro Durachii, quod dicere debeat parte nostra dominae antedictae et similiter ipsi Pregono, qui etiam nobis scripsit, quod sumus contenti, postquam ita sibi placeat, quod simul in bona gratia complere debeant matrimonium antedictum.

Misti del Senato XLIII ch. 16.

**CXCII.** 1394. Indict. II. 24. Julii.

Закључено, одвраћати Императора Константинопољскогъ, да неоставља своју државу и престољни градъ, и да небежи у Млетке, као што намерава, и тѣшити га, да ће добити одъ христјанскѣ владоца скоро помоћъ противъ Турака.

Capta. Quia ut habitum est per litteras

vicebaiuli et consiliariorum nostrorum Constantinopolis, dominus Imperator post recessum viri nobilis Ser Bertuccii Quirino, videtur multum affectare de habendo responsionem nostram ad illa duo, quae per eundem nobis misit dicenda, scilicet de facto possendi levari super nostris galeis vel aliis navigiis nostris, et conduci Venetias cum securitate, et de facto insulae Staliminis, ita quod rationabiliter differi non potest, quando detur sibi responsio per istas nostras galeas.

Vadit pars: quod scribatur ipsi nostro vicebaiulo et consiliaris, quod nos plene intelleximus ea, quae ipse Ser Bertucius nobis retulit super dictis duabus partibus pro parte ipsius domini imperatoris; et propterea volumus et mandamus eis, cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quod captato tempore habili et condecienti, ipse noster vicebaiulus compareat ad presentiam ipsius domini imperatoris, et sibi soli si poterit responsum praebeat parte nostra, quod nos non parvam displicentiam sensimus de hiis, quae nobis sua maiestas notificare voluit per Ser Bertucium antedictum, scilicet de termino et conditionibus in quibus se reperit imperium suum, tam propter singularem et intrinsicam caritatem, quam portamus maiestati suae praedictae, quam propter reverentiam colentium nomen Dei; et licet ad praesens non reperiat se in illo bono termino in quo op-

taremus, tamen omnibus consideratis, et praecipue quomodo partes Basaiti molestantur ad praesens ab imperatore Tartarorum, non videtur nobis, quod serenitas sua habeat taliter dubitare, quod pro aliqua conditione mundi debeat cogitare de volendo se absentare a sede sua, nam manifeste cognoscimus, quod talis sua absentatio ab imperio et sede sua esset finalis destructio imperii sui, et illius famosissimae civitatis; quia de presenti aut imperator Turchorum dominaretur eidem et tunc ruinari muros faceret, et alias provisiones per quas civitas esset ex toto deserta, aut alium ibi poneret, per modum quod non esset sperandum, quod amplius imperium suum rediret in manibus suis nec in Christianorum: et propterea suademus imperiali excellentiae suae cum maxima caritate et fide, quod penitus extrahat hoc de mente sua, et quod se disponat ad conservandum se et statum suum et ad remanendum in sede sua, sperando in divina clementia, quod illuminabit taliter mentes et corda Catholicorum regum et principum, quod unanimiter et potenter se disponent ad providendum conservationi suae et sui imperii ac nominis Christiani; et cum hiis et aliis similibus verbis debeat ipse noster vicebaiulus suadere domino imperatori praedicto, quod non se separet ab imperio suo, sed quod remaneat et se conservet, ut fecit

hucusque, et si remanebit cum his verbis contentus, ita quod non faciat illam mentionem, de volendo levari super nostris galeis, vel aliis nostris navigiis, benequidem, si vero ipsi bajulo replicaret factum et peteret responsivam, tunc sibi dicere debeat, quod maiestas sua reddat se certam, quod imperium et statum suum puro et sincero corde diligimus, et propterea videntes dubia et praedicta, quae verisimiliter eventura forent de levamento et motu suo, nullomodo sibi hoc persuadere auderemus; nihilominus quando maiestas sua deliberaret se levare et cum nostris galeis vel aliis nostris navigiis venire ad civitatem nostram Venefiarum, reddat se certissimam, quod ipsam suam maiestatem et comitivam suam videremus et reciperemus cum illa reverentia, caritate et benevolentia, quae deceret suam excellentiam et honorem nostrum, et haberemus ipsum et bona sua quaelibet ac suae comitivae salva et segura ab omni molestia et novitate, quemadmodum haberetur in domo sua propria et quemadmodum habere debemus carissimos et honorabiles amicos nostri communis.

Et ultra hoc providere debeat ipsi domino imperatori, quod scribat domino P a p e, domino imperatori et aliis regibus et principibus mundi, terminum et condiciones in quibus se reperiunt partes de inde et suum imperium, cum isto domino

Turchorum, ut magis curam habeant faciendi de provisionibus utilibus pro conservatione Catholicae fidei et sua, et depressione infidelium praedictorum, quas litteras offerimus nos missuros dominis et principibus antedictis.

Et ex nunc comittatur dicto vicebajulo, quod adveniente casu predicto, quod absit, debeat dare in mandatis nostris galeis vel aliis nostris navigiis, super quibus ipse dominus imperator levaretur, quod ipsum et comitivam suam conducere debeant Venetias, honorando suam maiestatem et suum imperium, secundum quod honori maiestatis suae et nostro viderint convenire, non conducendo eum ad aliquam aliam partem, quam ad civitatem nostram Venetiarum, salvo quod ad insulam Staliminis, si illuc ire vellet.

Ad secundam vero partem de facto insulae Staliminis, quam dominus imperator vellet nobis vendere, rescribatur dicto nostro vicebajulo et consiliariis, quod placeret nobis, quod de dicto facto non facerent mentionem, salvo si dominus imperator predictus non requireret responsionem, tunc cum illis verbis, quae suae sapientiae videbuntur, debeat dicere ipso domino Imperatori, quod pro praesenti dominatio nostra non est in termino possendi attendere ad hoc factum, et quod propterea dignetur habere nos excusatos.

Et habita responsione ipsius domini imperatoris, debeant nos de illa et de aliis om-

nibus particulariter informare, ut simus de omnibus avisati.

Secr. Cons. Rogat. Libro III. E. ch. 94.

### **CXCIII.** 1394. Indict. III. 6. Septemb.

Нааже се управителю Млетачкомъ у Драчу, да може потрошити 4000 дуката на то, да добје у руке тврди-  
ню Крою, и Марка Барбадика одметника Млетачкогъ, са  
госпоіомъ Ђленомъ.

Comittitur bajulo Durachii, ut possit expendere III mille ducatorum, pro habendo castrum Croye, et Ser Marcum Barbatico, rebellem Venetiarum, et etiam dominam Jelenam.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. E. ch. 95.

### **CXCIV.** 1394. Indict. III. 14. Februarii.

Закључено, послати човека кои уме грчки, Константину, кои с узео тврдињу Крою одъ Марка Барбадика, држав-  
шегъ ту тврдињу у име Мастака, кои човекъ да изради,  
да се тврдиња та врати Млетцима.

Mittatur nuncius qui sciat linguam graecam ad Constantinum, qui accepit castrum Croye de potestate Ser Marci Barbatico, qui ipsum nostro nomine possidebat, ad procurandum, ut restituat hoc castrum Venetis, pro securitate Durachii et districtus.

Secr. Cons. Rogator. Lib. III. E. ch. 105.

## CXCV. 1395. Indict. III. 8. Julii.

Налаже се капетану Драчкомъ, да гледи добити одметника Марка Барбадика одъ госп. Ђорђа Срацимира, кодъ когоса се налази, а да може потрошити на тај конаць до 1000. дуката.

Iterum scribatur bajulo et capitaneo Durachii, de recuperatione castri Croye, de manibus et potentia Constantini, et recomendatur quidam Antonius de civitate nova, qui in Durachio moram trahit, et vult habere modum, dictum castrum recuperandi;

.....

Insuper quia habemus valde cordi propter comissa per Marcum Barbatico contra nostrum honorem. habere ipsum in manibus nostris, volumus et fidelitati vestrae cum dicto collegio scribimus et mandamus, quatenus tractare debeatis cum domino Georgio Stracimiri, in potestate cuius est, vel cum aliis, cum quibus crederetis hoc ducere posse ad effectum, de habendo ipsum Marcum in manibus vestris, possendo expendere propter hoc, usque ad quantitatem ducatorum mille quam melius poteritis; et si casus dabit quod eum habeatis, debeatis ipsum poni facere in carceribus sub bona et tanta custodia, quod bene conservari possit, donec notificaveritis nobis et receperitis nostrum mandatum. Si vero videretis non posse eum ibi secure salvare et facere custodiri, per primam galeam quae declinabit Dura-

chium, mittatis ipsum bajulo et capitaneo nostro C o r p h o y, cui scribatis per litteras vestras, quomodo habetis hoc in mandatis a nobis, et quod ipsum debeat in bono et tuto carcere et sub fida custodia facere conservari, donec providebimus de faciendo ipsum ad nos conduci.

Secret. Cons. Rogat. Lib. III. E. ch. 115

### CXCVI. 1395. Indict. IV. 21. Januarii.

Закључено: одговорити посланицима госп. Ђорђа Срацимира, да се овај коначно и решително изјасни о начину и условима, подъ којима ће уступити Млетчињима Скадаръ. Улицинъ и цеду своју земљу.

Quod respondeatur istis ambassiatoribus domini Georgii Stratimiri, ad ea quae nobis proposuerunt et dederunt in scriptis de voluntate domini sui, de dando nobis civitatem Scutari et locum Drivasti; quod nos plene intelleximus ea quae ipsi exposuerunt nobis, et similiter dederunt in scriptis, et ea ad quae finaliter ipsi dixerunt posse condescendere pro parte domini sui. Et quia sicut eis diximus, post suum recessum a dicto eorum domino, capitaneus noster Culphey fuit personaliter cum eo, et ab ipso habuit magis largam promissionem, et multum plus ante quam ipsi nobis dixerunt, credimus esse bonum, quod si aliud non habent, nec ad alia possunt condescendere, quam ad ea quae dixerunt nobis, ipsi vel unus eorum



revertatur ad dominum suum, et informet eum de verbis quae habuimus ab ipso capitaneo Culphy, narrando sibi distincte omnia quae habuerunt a nobis de dictis verbis, et de nostra intentione, et quod propterea placeat si habet intentionem veniendi ad compositionem nobiscum super dictis factis, sicut ostendit, aperire nobis ample totam suam finalem intentionem, condescendendo ad res iustas et rationabiles, ut possit poni finis gratus, et debitus omnibus negotiis antedictis. Et quia est res cupiens quod interim habeamus bonum consilium de isto facto, si intromittendo dicta loca, contrafaceremus paci Hungariae, collegium domini, consiliariorum capitum et sapientum consilii et ordinum, habeat libertatem mittendi pro illis propriis, quae eis videbuntur, pro habendo consilium suum super dictis factis; ut postea illis ambassiatoribus advenientibus vel aliis, possimus cum maiori claritate et meliori deliberatione procedere in facto praedicto. Et ex nunc etiam captum sit, quod comittatur capitaneo nostro Culphy, quando exhibit, quod quando erit in partibus praedictis, **Scutari**, vel **Dulcigni**, licentiatu duabus galeis grossis, quae vadant **Mothonum** et expectent eum ibi, debeat cum duobus ambassiatoribus nostris, qui vadunt ad **Basitum**, dare operam de loquendo et conferendo cum dicto domino **Georgio**, si erit in illis partibus **Dulcigni**, ut esse solet, et dicendo sibi illud, quod ali-

as retulit capitaneo nostro Culphy, scilicet, de volendo libere ponere totum dominium suum in manibus nostris, et de volendo venire ad habitandum cum sua familia ad civitatem nostram Venetiarum; et quod propterea, si habet voluntatem veniendi ad compositionem nobiscum, debeat mittere suos procuratores de suis intentionibus finalibus informatos, cum pleno mandato et libertate, ut possit cum dei gratia poni finis factis praedictis. Intrando et flumeriam et accipiendo omnem informationem tam de situ loci, quam et contractae, et de introitibus et expensis et similiter quomodo potest ascendi per ipsam flumeriam, et quomodo possemus subvenire dicto loco, et de omnibus aliis quae eis videbuntur, et nobis omnia singulariter et particulariter denotando, pro nostra informatione. Insuper scribi debeat capitaneo nostro Durachii, quod det operam de inveniendis omnia privilegia antiqua quae forent in civitate Durachii, tam in comuni, quam apud speciales personas, tangentia confines Durachii et iura ac iurisdictiones dictae terrae et eorum omnium copiam praestissime nobis mittat, ut simus de omnibus avisati.

Quia est res laudabilis, postquam sumus in istis terminis, velle habere talem declarationem et informationem super istis factis, quod animus omnium sit clarus et possit bene deliberare et terminare illud quod sit bonum et utile nostri dominii, vadit pars, quod

antequam fiat alia responsio istis ambassiatoribus domini Georgii super istis factis; collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum utriusque manus, mittere debeat, pro illis personis a quibus videbunt posse melius fidelius et lucidius informari de factis praedictis, qua informatione habita, postea cum meliori deliberatione et securitate fieri eis poterit illa finalis responsio, quae isti consilio bona honesta et utilis apparebit.

Secr. Consil. Rog. Lib. III. E. ch. 121.

## CXCVII. 1395. Indict. IV. 21. Januarii.

Заклучено одговорити посланску Которана, кои желе градъ Которъ предати у руке Млетчиња, да ови изъ обзира на краля Угарскогъ немогу Которъ узети подъ свою власть.

Capta. Quia ambassiator Chatari-  
norum, audita responsione nostra sibi facta per dominium, quae fuit secundum quod pridie captum fuit in hoc consilio, de Iuntanando nos cum illis verbis quae viderentur, de volendo pro nunc attendere ad ea, quae nobis dixerat, de volendo nobis dare civitatem Chatari, habuit dicere, quod sicut toti mundo poterat esse notorium, ipsi semper fuerant filii et servitores nostri domini, et ita esse intendebant, et propterea volebant aperte, nobis tanquam dominis suis, aperire et manifestare totam conditionem suam, quae erat, quod de necessitate eos oportebat se

submittere alicui, quia in istis terminis stare non poterant, et propterea non attendentibus nobis ad hoc, ipsis erat necessarium se subiugare aut Albanensibus, aut Sclavis, aut Turchis: et quod si se subiugarent primis duobus, cognoscebant se ex toto desertos, et propterea potius eligerent adherere Turcho, quia non haberent ita propingvam destructionem suam, de quo forent excusati rationabiliter deo et mundo, nam quilibet bene poterat considerare, quantum male libentes istud fecerunt; nam inter alios suarum partium, ipsi semper Catholici fuerant, et ita si deo placeret esse vellent, allegando conditionem illius terrae, quae erat apta ad mare, habebat portum, navigia, lignamina, et magistratiam pro galeis et aliis navigiis, et quod pro deo compateremus X millibus animarum, quae erant sub regimine dictae civitatis, et concludendo quod si sciverint causam propter quam nos nolumus et recusamus nos intromittere, certe cum suis personis et cum suis carnibus ipsi vellent laborare ad procurandum, quod removeatur dicta causa et dictum obstaculum, cum multis aliis verbis magnae passionis et magnae virilitatis, propter quae fuit ei dictum per dominium, de volendo habere aliquem respectum superinde et postea sibi daretur responsio. Vadit pars: quod dicatur eidem ambassiatori, quod sicut ipse dicit, ita est rei veritas, quod nos semper habuimus et tenuimus illam comunitatem

in nostros benivolos et amicos, et inter alias istarum partium eam amavimus et amamus ac amare dispositi sumus, et dolet nobis satis quod se reperiant in termino, in quo nobis dixit, in tantum quod sublevaremus eos libenter. Sed sicut eis et toti mundo notorium esse potest, nostra dominatio semper fuit et est disposita, velle attendere domino regi Hungariae et omnibus aliis, id quod eis promissum est per nos et per pacem, quam habemus cum eo, non possumus nos impedire de loco illo Catari, et propterea ipsi sunt bene sapientes et poterunt providere super modum, secundum quod eis videbitur opportunum.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. E. ch. 121.

### CXCVIII. 1395. Indict. IV. 8. Februarii.

Условія, подѣ коима се узима градъ Скадаръ одѣ Госп. Ђорѣ Срацимира подѣ власть Млѣтачку, да небы нао у руке Турцима.

Capta. Quia pro nobis et statu nostro, consideratis omnibus quae consideranda sunt in factis Scutari et istorum locorum, quae nobis dare vult magnificus dominus Georgius Stracimiri, facit quod ipsa loca perveniant ad manus nostras, et sub nostro dominio, antequam vadant ad manus Turchorum, sicut infalibiliter irent, nisi illa acciperemus. Vadit pars: quod in nomine Jesu Christi et gloriosae virginis Mariae ma-

tris eius, ac beati Marci protectoris nostri, accipi et acceptari debeant loca ipsa nomine nostri domini, cum pactis et condicionibus infrascriptis, et cum istis declarationibus ad capitula nobis data per ambassatores suos, in casu quo ipsi condescendere velint ad ipsas declarationes.

Primo, ad primum capitulum continens, quod in casu quo acceptemus dicta loca, nobis placeat ipsum dominum Georgium cum omnibus suis heredibus, tractare tanquam cives nostros fideles et facere nostros nobiles, ita quod quociescunque venerint Venetias, possint venire ad consilium sicut alii nostri nobiles; habet collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum utriusque manus libertatem, condescendendi ad praedictum capitulum, et acceptandi illud sicut iacet, ita quod ipse dominus Georgius Stracimiri, cum suis filiis et heredibus, solennitatibus terrae servatis, sint de nostro maiori consilio et in numero nostrorum nobilium aggregentur.

Ad secundum capitulum, seu ad primam partem eius, continentem, quod dominatio nostra vel alii pro ea, non possint sibi accipere contractam quam vult retinere pro se, nec ipsam contra debitum molestare, condescendatur sicut petit. Verum ad aliam partem dicti capituli, per quam requirit posse in illa sua contracta levare nostram

insigniam, ad istam partem tractari et procurari debeat per dictum collegium, cum illis verbis quae videbuntur, quod de ista parte se removeant, quia erit maior honor suus, levare insigniam suam quam aliam, et istud ipse dominus deberet velle pro honore domus suae. Quando autem facta omni experientia, ipsi ambassiatores starent ad hoc constantes, debeat condescendi ad istam partem, quod possit levare nostram insigniam in locis suis, sicut requirit.

Ad tertium capitulum continens, quod aliquis homo, qui vellet recedere de contrata, quam pro eo retinere vult, non debeat acceptari nec recipi in terris nec locis, quae nobis dat, sed eidem debeant assignari. Ad istud dici debeat et ita per dictum collegium debeat procurari, quod nos sumus contenti, ei restitui et assignari facere omnes homines, qui aufugerent de locis suis praedictis, ad illa loca quae nobis dat, quacunque alia causa, excepto si aufugerent pro delicto criminali, per quod perumendi probabiliter essent, quia tales dominatio nostra nunquam dare voluit neque dat in terris et locis suis, ymo tales cum se transferunt de loco ad locum, sunt salvi et securi; faciendo et servando similiter versus nos de his, qui aufugerent de ipsis locis nostris ad loca sua.

Ad partem vero tertii capituli continentem: quod si aliquis vellet offendere ad

accipiendum contratam suam praedictam, quam pro se retinet, quod nos debeamus iuvare cum gentibus contrate quam nobis dat; procurari et dici debeat ambassiatoribus praedictis, quod nostra dominatio nunquam solita fuit facere tales promissiones, nec ipsas modo aliquo faceret, quia non forent cum honore nostro. Sed ipse dominus suus debet esse certissimus, quod si loca quae nobis dare vult, erunt in manibus nostris, Turchi non curabunt neque intentabunt velle amplius venire ad attendendum ad damna partium illarum. Similiter etiam omnes circavicini, ob reverentiam et amorem nostri domini, erunt contenti stare in pace et intra terminos suos. Et nichilominus si casus daret, quod aliqui molestarent contratam suam, nos omni tempore, toto posse dabimus operam et procurabimus, de tractando pacem et concordium inter eos, ut possit regere et gubernare in pace et bona voluntate contratam praedictam, procurando, quod remaneant de hoc contenti.

Ad quartum capitulum, per quod ipse dominus Georgius petit de provisione a nostro dominio ducatos mille auri omni anno ad minus in perpetuum, pro sua subventionem, pro se et heredibus suis; procurari debeat per dictum collegium, cum ipsis ambassiatoribus, de dando ipsi domino Georgio, et suis heredibus, ex legitimo matrimonio descendentibus, de introitibus Scutari, quam



minus dari poterit, usque ad quantitatem praedictam ducatorum mille.

Ad ultimum capitulum, per quod petit, quod si suus pater, vel dominus Georgius, vel dominus Balsa, barbani sui, accepissent aliquid, vel offendissent alicui Veneto, quod propter dictam causam sibi nichil dici possit; procurari debeat per collegium, quod dicti ambassiatores condescendant ad essendum contentos, quod non possit molestari de provisione, quam sibi daremus, et si poterunt obtinere benequidem, quando autem obtinere non possent, condescendere possunt ad essendum de illo contento, considerato quod nunquam terminatum fuit, quod ipse dominus Georgius sit debitor alicui.

Et si habebunt dicti ambassiatores libertatem condescendendi ad istas modificationes per nos factas, concludatur cum eis in bona gratia. Si vero dicerent non habere libertatem, tunc dicatur quod ista est nostra finalis intentio, et propterea possunt pro habendo voluntatem domini sui in hoc disponere, eundo vel scribendo, secundum quod eis videbitur et placebit. -- de parte 49.

Ser Iohannes a Bocolis vult: Quia examinatis bene omnibus quae examinanda sunt, de istis factis Scutari, et potissime pactis et conditionibus, cum quibus ambassiatores domini Georgii qui hic sunt, dicunt ipsa loca nobis dare posse, non faceret pro nobis, ne

que nostro dominio, acceptare dicta loca, vadit pars: quod cum illis bonis verbis, quae dominio videbuntur, responderi debeat dictis ambassiatoribus, quod cum conditionibus cum quibus illa dicunt nobis dare posse, non videtur nobis de acceptando loca praedicta. — de parte 36.

Ser Nicolaus Lauredanus volebat: quod responderetur dictis ambassiatoribus, quod essemus summe contenti, quod dominus suus possit potenter et bene conservare sibi loca sua; sed postquam se reperit in dicto termino, de quo dolemus, consideratis expensis quae pateremur in accipiendo dicta loca, videretur nobis esse iustum, quod dominus suus pertransiret nobiscum cum liberalioribus pactis illis quae petunt, et maxime considerato, quod capitaneus noster Culphy retulit nobis, dictum dominum Georgium habere magis liberalem dispositionem illa quam dixerunt, et ideo in casu quo non velint vel non habeant maiorem libertatem illa quam dixerunt, rogamus eos, quod non tedeat reverti ad dominum suum, et eidem referre nostram bonam voluntatem et dispositionem, quae est teste deo, complacendi desideriis suis in cunctis nobis possibilibus et honestis, cum simus dispositi mittere de brevi ambassiatorem nostrum ad praesentiam suam, de intentione nostra plenarie informatum. Et ex nunc sit captum, quod mittatur unus ambassiator, qui cum galeis

nostris Culphy, primo vadat **D u r a c h i u m**, ad informandum se cum rectore de inde, et cum omnibus aliis qui ei videbuntur, ubi sunt et quantum se extendunt confines Durachii, tam tempore antiquo quam moderno, et de omnibus aliis spectantibus ad hoc factum; et subito postea vadat ad dictum dominum **G e o r g i u m**, et in locis dicti domini Georgii similiter se informet de praedictis, et de situ locorum **S c u t a r i** et **D r i v a s t i** et **f l u m e r i e**, et de omnibus pertinentibus ad confines dictorum locorum, et provinciae in qua sunt; et finaliter debeat esse cum dicto domino **G e o r g i o**, et cum illis rationibus et verbis ac iustis demonstrationibus, quae dicto ambassiatori videbuntur, debeat procurare de inducendo dictum dominum **G e o r g i u m** ad omnia illa pacta, quae sint in praerogativam nostri domini, procurando quod ipse mittat suum procuratorem cum mandato ad plenum; et cum ultima intentione dicti domini **G e o r g i i**, quam sentire poterit, **V e n e t i a s** revertatur, quia postea providebitur per istud consilium, ut videbitur esse bonum. Qui ambassiator eligatur per duas manus electionum in hoc consilio, et unam per scrutinium inter dominum consiliarios capita et sapientes ambarum manuum; possit accipi de omni loco et officio et iudicatu petitionum, exceptis procuratoribus; respondeat die qua eligetur vel altera ad tertiis, et non possit refutare sub pena ducatorum **L.** et teneatur recedere cum galeis Cul-

phy; habeat de salario a quo de Venetiis recedet usque reditum suum, ducatos ·L· in mense et ratione mensis, possit expendere in omnibus expensis quomodocunque occurrentibus. pro se et familia ducatos tres, habendo et tenendo quatuor famulos, unum notarium cum uno famulo. et unum coquum, exceptis nabulis navigiorum, eundo, stando et redeundo. Interim vero donec dictus ambassiator recedet, si videbitur quod bonum sit ei aliquid comittere ultra praedicta, poterit provideri ut videbitur opus esse. — de parte 4.

Secr. Cons: Rogat. Lib. III. E. ch. 123.

### **CXCIX.** 1395. Indict. III. 11. Maii.

Привилегија на грађанство Маџачко г. Ђорђа Срацимира.

**Privilegium magnifici domini Georgii Stracimiri, domini Zente et ceter.**  
prout habuit pater eius.

**Antonius Venerio** dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Inspexit alias ducalis benignitas, clarum honorem et perfecte reverentiam caritatis, quam magnificus condam dominus **Strazimirus**, baro maritime **Selavonie**, ad nostrum honorem comodumque nobilium et mercatorum et fidelium nostrorum, in suo do-

minio commorantium, effectualiter demonstravit. Adeo quod sub felicis memoriae illustri domino Laurentio Celsi Venetiarum duce, predecessore nostro, in numero honorabilium civium nostrorum intus et extra, cum suis heredibus promeruit aggregari, sibi que privilegium civilitatis Venetiarum, bulla ipsius domini ducis argentea communitum, extitit de sola ipsius domini munificentia gratiosius elargitum, prout in libris cancellariae nostrae reperitur distinctius annotatum. Nunc autem magnificus dominus Georgius Strazimiri, dominus Zentae et cet. filius condam domini Strazimiri antefati, fecit nobis per suum procuratorem devotissime supplicari, ut pro speciali consolatione et honore suo, simile privilegium, prout condam dicto eius patri datum extitit, in personam ipsius domini Georgii et heredum suorum concedere dignaremur. Nos autem amabili requisitioni suae annuere cupientes, praesertim laudabili eius dispositione erga dominium nostrum inspecta, etiamque supplicationem suam iustam esse concernimus, dictum privilegium scribi mandavimus et eiusdem ambaxiatori solenniter exhiberi, in forma subsequenti; videlicet:

Tanto benignius ducalis providentia concessit personas honorabiles sibi devotas et fideles honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem, dignis retributionibus

compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatu nostro devotiores fide et operibus se ostendunt; attendentes igitur multiplices fidei puritatem et devotionis plenitudinem, quam magnificus vir, dominus Georgius condam Strazimiri, dominus Zente et cet. ad nostrae magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit; qui in agendis, nos, ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem tangentibus, devotum et promptum laudabiliter et incessanter se praebuit atque prebet; supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, eum cum suis filiis et heredibus, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus perpetuo recipimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et heredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus, in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, imunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Georgius Strazimiri cum suis filiis et heredibus in Venetiis

et extra perpetuo gaudeat et utatur; idem quoque per circumspectum virum Vallem Johannis de Dulcineo, ambaxiatorem suum, soleniter ad sancta dei evangelia prestitit fidelitatis debitum juramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam plenioram presens privilegium fieri jussimus, et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo quinto. mensis Maii die undecimo, indictione tertia.

Liber privilegiorum I-mus ch. 115.

**CC. 1396. Indict. IV. 14. Aprilis.**

Уговоръ, коняъ посланици г. Ђорѣа Срацимира у овога име, уступаю Млетчиѣма градове Скадаръ и Дривастъ.

### Instrumentum

concordii et compositionis tractatus cum ambassiatoribus magnifici domini Georgi Strazimirii, pro facto Scutari et Driuasti.

In Christi nomine. Amen Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, indictione quarta, die quarto decimo mensis Aprilis. Cum magnificus et potens dominus, dominus Georgius Strazimiri de Balsiis, dominus Zente etc. miserit ad presentiam serenissimi et excelentissimi domini, domini Antonii Venerio dei gratia incliti Venetiarum ducis etc. sui que domini, suos ambassiatores, virum nobilem dominum Helyam quondam Marini, et cir-

cumspectum virum **C h i n e s i u m** ejus servitorem, et per illos notificari fecerit, qualiter cum dei auxilio recuperaverat de manibus infidelium **T h e u e r o r u m** civitatem suam **S c u t a r i** cum castro, et certa alia loca sua, que per illos sibi arrepta fuerant, et indebite tenebantur; sed quia sciebat imperatorem **B a s i t u m** continuo anhelare ad rehabendum civitatem predictam, ut cum ipsa posset partes alias circavincinas, tam suas, quam aliorum in contemptum Christiani nominis facilius subiugare, maxime dubitabat, ymo clarissime cognoscebat ipsa loca defendere et manutenere non posse, et propterea pro honore fidei catholice et salute animarum et corporum tot fidelium Christianorum, quot sunt in partibus antedictis, requiri et rogari fecerit serenissimum dominum ducem predictum, et suum dominium, quatenus tamquam christianus princeps, velet ipsam civitatem **S c u t a r i** et locum **D r i u a s t i**, et certa alia loca sua, sub dominio, potestate, et potentia sua recipere et acceptare; cum paratus sit illa cum juribus et jurisdictionibus suis, dominio mero et mixto imperio illariter sibi dare, ut ita salviant subiecti populi, terris ipsis, et per consequens idem dominus **G e o r g i u s** cum aliis terris et locis sibi restantibus, et ceteri circavivini partium predictarum. Et ipse illustrissimus et excellentissimus dominus, dominus dux saumque dominium Venetiarum, licet clare videant et cognoscant dubia et pericula,



labores etiam et expensas, qui et que plerumque solent ex talibus intromissionibus evenire, — eorum progenitorum vestigia imitantes, qui inter alios christicolos fuerunt semper vere fidei cultores. et praecipui defensores, dispositi sint, predictis dubiis et periculis ob dei reverentiam postergatis, pro conservatione fidei suae sancte, et salute tot fidelium christianorum, in complacentia etiam dicti domini **G e o r g i i**, quem sincere dilexerunt, et diligunt, ipsam civitatem **Scutari**, et alia loca quae eis dare vult, ne redeant ad manus ipsorum **Turchorum**, persecutorum Christi nominis, acceptare. Idcirco nobilis et sapiens vir, dominus **Nicolaus Delphino**, quondam domini **Galeacii**, honorabilis civis **Venetiarum**, syndicus et procurator ac negotiorum gestor ipsius serenissimi et excellentissimi domini, domini **Antonii Venerio** dei gratia incliti ducis **Venetiarum** etc. et comunis **Venetiarum** ad infrascripta et alia exercenda, specialiter creatus et constitutus, ut constat instrumento publico sindicatus, scripto manu providi viri **Iohannis de Oltedo** quondam **Ser Andree**, imperiali auctoritate notarii, et ducatus **Venetiarum** scribe, predictis anno et indictione, die vero vigesimo primo mensis **Marci** a me notario infrascripto viso et lecto, sindicario nomine prefati domini ducis et comunis **Venetiarum** ex parte una, et nobilis ac circumspecti viri, domini **Helyas** quondam **Marini**, et **Chinesius** supradicti,

sindici procuratores et negotiorum gestores dicti magnifici et potentis domini, domini **Georgii Stracimerii de Balsis**, habentes similiter ad infrascripta et alia facienda, plenissimam libertatem, ut constat publico instrumento procuratoris et mandati, scripto manu **Iohannis de Morigiis** quondam **Antonii de Mediolano**, imperiali auctoritate notarii, in millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, indicione quarta, die decimo mensis **Novembris**, in civitate **Dulcigni**, a me notario infrascripto etiam viso et lecto, ex parte altera, ad infrascripta pacta et conventiones, sponte deliberate unanimiter et concorditer devenerunt. **P**rimo quidem, quod ipse magnificus dominus **Georgius Stracimeri**, dominus **Zente**, dare debeat ipsi serenissimo domino duci et comuni **Venetiarum** seu habentibus ab eis arbitrium et potestatem ipsa loca accipiendi, et acceptandi, civitatem **Scutari** cum castro suo, et cum omnibus introitibus, dohanis, datiiis, pedagogiis, et gabellis, tam **sancti Sergii**, quam aliis ad ipsam civitatem spectantibus, et cum toto lacu et insulis in eo existentibus, et secundum quod labitur flumen quod **Boiana** vulgariter nuncupatur, usque ad marinam. Item dare debeat ipsi domino duci et comuni **Venetiarum**, aut illis qui per ipsos ad hoc fuerint deputati, civitatem **Dri vasti** cum castro et pertinentiis suis, et castrum **Satti** cum dohana del **Dagno**, et cum omnibus villis, dohanis, introitibus, pareziis et

datiis, et cum tota contracta, secundum quod posita est et continet a bucha dicti fluminis sursum, cum tota aqua et apud vel iuxta — saltam cum tota contrata, secundum quod possidet ad presens, et possidebat ipse dominus quando inceptum fuit tractari de factis istis. Quas quidem terras et loca, tam in primo quam in isto capitulo posita, ipse dominus Georgius Stracimeri dare et transferre debeat in ipsum dominum ducem, et comune Venetiarum, jure proprio in perpetuum, cum omnibus juribus et jurisdictionibus suis, et cujuslibet eorum, cum pleno dominio mero et mixto imperio, et libera potestate, ita quod de ipsis vel earum aliqua vel aliquo, aliqua ratione vel causa, vel titulo vel colore, ipse dominus Georgius vel sui successores numquam se possint vel debeant impedire, sed semper remaneant vel sint ipsius domini ducis et communis Venetiarum. Reservante eo sibi, magnifice uxori sue, et suis heredibus, civitatem Dulcigni cum toto suo districtu, et similiter Antivarum cum tota contrata, usque Divicinam stiena, et ita supra per montes, confinando cum altera ripa lacus, et ita infra ab altera parte fluminis, per ripam dicti fluminis usque ad marinam, que tota patria vulgo dicitur Sabuiana, ita tamen, quod ipse magnificus dominus Georgius, et successores, non possint neque debeant super ripam

dicti fluminis vocati **S a b o i a n a**, quam retinet pro se et in parte sua, et per quod itur **Scutarum**, neque per unum miliare infra terram, aliqua parte edificare, nec edificari facere aliquid fortilicium, ut transitus dicti fluminis semper remaneat expeditus. Ultra autem unum milliare infra terram, posint in ipso territorio edificare, et edificari facere quodlibet fortilicium, secundum quod eis videbitur et placebit.

Item, quod ipse magnificus dominus **Georgius Stracimeri**, dominus **Zente** etc. cum omnibus filiis et heredibus suis, sit et esse debeat nobilis **Venetiarum** et de majori consilio **Venetiarum**, ita quod tam ipse, quam dicti sui filii et heredes, quotiescumque se transferrent ad civitatem **Venetiarum**, possint venire ad manus consilii **Venetiarum**, et in eo stare et facere, quemadmodum stant, et faciunt alii nobiles **Venetiarum** de majori consilio antedicto. Item quod ipse dominus dux et comune **Venetiarum** non possint neque debeant per se, vel alios modo aliquo vel ingenio, contra debitum comunis, inquietare, vel molestare ipsum magnificum dominum **Georgium**, nec suos heredes, de contrata quam ipse pro se retinet, nec illam eis auferre vel auferri facere, ymo ipse et sui heredes possint eam possidere, et tenere, et de ea disponere et facere, sicut sibi placuerit, tamquam dominus ejus, possendo ultra hoc in ea et qualibet

terra, et loco ejus elevare vexilla et insignia sancti Marci, ut per illa cognoscatur esse nobilis, et civis Venetiarum. Item, quod si aliquis ex subditis et habitatoribus contrate predictae, quam ipse dominus Georgius resservavit, et per se resservat, aufugeret et iret ad habitandum terras vel loca, que ipse dat ducali dominio, quod illi tales sibi restitui debeant, et assignari per rectores et officiales qui ibi fuerint per ducale dominium, et versa vice, si aliquis ex subditis contrate quam ipse dat ducali dominio, aufugeret et iret ad habitandum terras vel loca ipsius domini Georgii, quas et que per se retinet, quod illi tales restitui et assignari debeant officialibus et rectoribus domini ducis, et comunis Venetiarum, salvo si ab una parte vel ab altera aufugerent aliqui pro delicto criminali, per quod puniendi personaliter forent, quare in isto casu predicti per unam partem, neque per alteram debeant assignari, sed sint, et remaneant in loco, ad quem fugerent, liberi, et securi. Item, quod ipse dominus Georgius, et sui heredes ex legitimo matrimonio descendentes, habere debeant ab ipso domino duce, et comuni Venetiarum, de primis introitibus, qui habebuntur de locis predictis, omni anno ducatos mille pro sua subventionem. Si vere dicti introitus non attingerent summam predictam ducatorum mille in anno, tunc dictus dominus Georgius et sui heredes, ex matrimonio legitimo descen-

dentes, habere debeant tantum minus, quantum minus exigetur et habebitur, ut justum est. Item, si pater dicti domini Georgii, seu barbani sui, dominus **Georgius** vel dominus **Balsa**, aliquo casu accepissent aliquid alicui Veneto, vel eidem modo aliquo offendissent, quod propter dictas causas ipsi domino Georgio nichil dici possit vel aliquid imputari. Que omnia et singula suprascripta, et in presenti contractu contenta, dicti procuratores et syndici et uterque eorum, dictis nominibus, et omnibus modis, juribus, formis et causis quibus melius potuerunt, promiserunt sibi invicem, scilicet una pars alteri et altera alteri, per solemnem stipulationem hincinde intervenientem, firma, rata et grata habere et tenere et effectualiter ac inviolabiliter observare, et contra ea vel eorum aliquid non contrafacere vel venire, aliqua ratione vel causa, sub pena dupli damni expensarum, et interesse litis et extra toties comittenda et exigenda cum effectu, quoties fuerit contrafactum, solvenda a parte non observante, et applicanda parti observanti et observare volenti. Et pena commissa vel non commissa, soluta vel non soluta, presentis contractus, et omnia et singula in eo contenta, firma perdurent, et debeant inviolabiliter observari. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis, et adimplendis, idem dominus **Nicolaus Delphino** syndicus domini ducis et comunis Venetiarum, sindicario nomine suprascripto, omnia bona comunis Vene-

tiarum, mobilia et immobilia, presentia et futura, et ipsi dominus Helias quondam Marini, et Chinessius sindici, et sindicario nomine magnifici domini Georgii sepedicti, omnia bona ipsius domini Georgii mobilia et immobilia, presentia et futura, sibi invicem una pars alteri, et altera alteri perpetuo obligarunt. Renunciantes dicte partes dictis nominibus, conditioni sine causa vel ex iniusta causa, exceptioni doli mali et in factum actioni et omnibus iuribus comunibus, et municipalibus fori, privilegio, et omni legum et statutorum auxilio, quibus possent seu vellent contra predicta vel aliquod predictorum, facere vel venire. Promiserunt insuper idem dominus Helias, et Chinesius procuratores et sindici supradicti, per pactum expressum solemnem stipulatione vallatum, nomine antedicto, quod idem dominus Georgius Stracimeri per publicum instrumentum seu per suas patentes literas, bulla sua solita comunitas, presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta ratificabit, approbabit, et emologabit, ipsumque vel ipsas in manibus . . . . . provisorum comunis Venetiarum, tradet et dabit, seu tradi et dari faciet, quibus possessionem locorum supradictorum assignabit vel faciet assignari, ut superius dictum est. Voluit etiam ipse serenissimus dominus, dominus dux, et suum dominium, ad maiorem firmitatem omnium predictorum, hoc instrumentum sua bulla plumbea communiri.

Actum Venetiis in ducali palatio, presentibus viro nobili ser Philippo de Molino quondam domini Iohannis, ac providis viris ser Iohane de Oltedo, ser Bernardo ser Dominici, et ser Laurentio Marcelo, notariis ducatus Venefiarum, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, et aliis.

Ego Guilielminus de Vicentiis et cet.

Commemorial IX. ch. 12.

**CCl.** (1396) 31. Maii, in Dulcigno.

Писмо Ђорђа Срацимира, којимъ явля дужду Млетачкомъ Антонию Вениеру, да е његова војска убила Радића Црноя, његовогъ одметника.

Exemplum litere misse per dominum Georgium Stracimirum, dominum Zente etc. ducali dominio Venetiarum.

Serenissime ac illustrissime princeps et domine. Cum omnimoda humilitate, et reverentie recommendatione premissa, in eo tantum qui est virtutum et bonorum omnium stabile fundamentum. Quoniam scimus, quod vestra excellentia de bono statu, et victoria fidelium filiorum suorum semper audire cupit. Idcirco celsitudo vestra tenore presentium clarius inotescat; quod favente domino, die vigesima quinta mensis Aprilis, maledictus isti-



us patrie destructor, videlicet **R a d i c C e r n o e**, interfectus fuit a nostro exercitu, et partem territorii nostri quam in manu forti tenebat, habuimus; quod prefatam dominationem vestram ignorare non arbitramur. Insuper noveritis vestros nobiles proveditores recepisse, ac a nobis habuisse, civitatem **S c u t a r i** cum tota contracta, ac omnia et singula, que nostri ambaxiatores in persona nostra vestre dominationi promiserunt. Quare deo, qui omnia suo benigno adiutorio et favore suplevit, grates referimus incessanter. Ideoque strenuitati vestre in qua locavimus totius fiducie fundamentum, supplicamus, ut placeat nos retinere fidelissimos vestros filios, offerentesque nos efficaciter ad cuncta que placitura sunt. Valete in domino, cuius pietas et gratia vos conservet.

Vester **Georgius Stracimiri dominus Sente etc.**

**Data Dulcinei, ultima mensis Maii.**

A tergo quidem est, videlicet: **Serenissimo ac illustrissimo principi et domino, domino Antonio Venerio, dei gratia inclito duci Venetiarum etc.**

**СШ. 1396. Indict. IV. 22. Julii.**

Привилегија на Млетачко грађанство госп. Садала  
Косаче.

**Privilegium egregii viri, domini Sandali  
de Chosachi, Rassie et Bosne ma-  
gni voyuode; de extra cum suis filiis  
et heredibus**

**Anthonyus Venerio** dei gratia dux Venetiarum et cet. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam praesentibus quam futuris, praesens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consuevit personas magnificas, sibi amicabiles et devotas honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convalere, et ipsorum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatu nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis benevolentiae puritatem et devotionis plenitudinem, quam egregius ac magnificus dominus Sandali de Chosachi, miles, Rassie Bosneque magnus voyvoda, ac Budue et Zente dominus, carissimus et intimus amicus nostri domini, ad nostre magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem tangentibus, promptum et devotum laudabiliter

et incessanter se prebuit atque prebet, supplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosis annuentes, praefatum magnificum dominum Sandali, nostrorum omnium consiliorum et ordinatorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectum et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, imunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, praefatus magnificus dominus Sandali cum suis filiis et heredibus in Venetiis et extra perpetuo gaudeat et utatur. Nobis quoque praefatus dominus per venerabilem virum Theodorum Archidiaconum Scutariensem, ambaxatorem suum, soleniter prestitit fidelitatis debitum iuramentum. In cuius rei fidem et evidentiam pleniorum presens privilegium fieri iussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, die vigesimo secundo Julii, indict. IV<sup>ta</sup>

Liber privileg. I-mus, charta 120.

**ССШ. 1396. Indict. V. 16. Decembris.**

Закључено. послати тајно едногъ човека у Угарску, да види, ели Баязитъ ушао у ову земљу, као што се говори, има ли тамо какве договоре съ великашима, и како тамо стое уобште ствари.

**Capta:** Quia est res sapiens habere plenam et veram informationem de novis Hungariae, et de his quae dicuntur et referuntur de factis Basiti, quod videtur intrasse dictum regnum. Vadit pars: quod possit mitti una sufficiens et discreta persona, et bene informata de conditionibus et baronibus dicti regni, ad partes illas, quae ire ostendat de inde pro factis suis, et studeat sentire et investigare caute et secrete, omnia nova quae habebuntur in dictis partibus, ab illis personis quae sibi videbuntur, tam de factis Basiti, quam de tractatibus quos haberet in regno, et de dispositionibus praelatorum et baronum, et totum illud quod habere et sentire poterit per quemcumque modum, quanto praestius poterit, nobis studeat reportare, ut simus de omnibus informati et providere possimus, sicut nobis videbitur opus esse. Et quod nuntius stare debeat de inde, si videbitur sibi posse stare cum securitate, scribendo continuo et de tempore in tempus, illud quod sentiet et habebit, et quando videbitur sibi cum securitate stare non posse, Venetias revertatur, de omnibus informatus.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 134.

## CCIV. 1396. 16. D e c e m b r i s.

Заклучено, явити намѣстницяма кралѣвимъ у Будиму, да се краль Жигмундъ избавио, и да срећно стигао са Млѣтачкимъ галияма у Грчку. (После битке кодъ Никополя.)

Capta. Quod scribatur dominis rectoribus in Buda pro serenissimo domino rege Hungariae, in hac forma:

Quia certi reddimur, quod vos tamquam fideles et devoti sacrae regiae maiestatis Hungariae, certum et incolumem eius redditum ad partes Adriatici maris, summa affectione cupitis persentire, magnitudini vestrae praesentibus nunciamus, quod per unum nostrum navigium, veniens de locis nostris Coron et Motton, praesentialiter habuimus, qualiter ipse dominus rex cum comitiva sua et aliquibus nostris galeis, ac galea Jadratorum, die sexto mensis instantis, ad loca nostra applicuit antedicta, propter quod considerato dierum lapsu, et praeteritorum temporum qualitate, speramus quod deo duce, ipsum de brevi poteritis incolumem revidere, de quo pro bono Christianitatis, utilitate regni et suae maiestatis contemplatione, assumemus consolationem et letitiam cordialem.

Et similiter scribatur domino imperatori Romanorum ad ducibus Austriae,

in illa forma, quae pertinens videbitur et honesta.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. E. ch. 134.

### CCV. 1396. Indict. V. 21. Decembris.

Одговоръ посланицима цара Римскогъ и краља Чешкогъ Вещеслава, на питањѣ: знаду ли Млетчиѣи што о судбини краља Угарскогъ Жигмунда. (Скраћено)

**Capta. Respondeatur ambasiatoribus serenissimi domini Romanorum et Boemiae regis — etc., . . . . .**

(Prima tria capitula agunt de factis regis, quae operatus est pro sedando scismate ecclesiae; — in quarto capitulo rex dicit, quod ecclesia ad unitatem reducta, facilius poterit non solum pacem Italiae procurare, sed etiam ad resistantiam et depressionem infidelium Theucrorum, persecutorum fidei catholicae, uti necessitas praesentialiter exigit, de remediis utilibus et necessariis providere; in quinto capitulo petit rex auxilium Venetorum ad tollendum scisma ecclesiae; etc.)

Ad septimum capitulum, faciens mentionem si aliquid sentimus de serenissimo domino rege Hungariae, et si sentiremus eum in aliquibus necessitatibus vel angustiis, quod provideamus sibi de remedio et cet. Respondeatur, quod illud quod sentimus et habemus de ipso domino rege, ipsi sen-

tiunt et habent ut nos, de sinistro et infelici casu cuius et sui exercitus, novit deus, quem non latet, nos portavimus et portamus, illam cordialem displicentiam et passionem, quam portare possumus, tam propter singularem caritatem, qua coniuncti sumus secum, quam propter damna, quae ex casu illo sequentur regno suo et toti Christianitati; pro cuius regni conservatione regis et coronae Hungariae, ea quae elapsis temporibus fecimus, certi reddimur, fore ita publica toti mundo, quod circa eorum narrationem non intendimus laborare; et ita ad praesens facimus et sumus dispositi facere in futurum, in his, quae rationabiliter fieri possunt parte nostra.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. E. ch. 134.

## CCVI. 1396. 27. Decembris.

Закључено послати на суеретъ краљу Жигмунду посла-  
ника до Дубровника. (Скраћено.)

Captum: mittere ambassiato rem obviam regi Hungariae usque Ragusium, qui die 6 Dec. advenit cum quatuor galeis, una Jadratina et tribus Venetis, cum sua comitiva ad Motton; ad condolentiam ei significandam.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 135.

**CCVII. 1396. Indict. V. 26. Januarii.**

Закључено, одговорити посланицима краља Угарскогъ Жигмунда, кои захваљују што су Млетачки капетани у Цариграду были краљу упомоћи, и кои шиту помоћъ за Цариградъ противъ Турака, да су за ту цѣль Млетачки спремали осамъ галия. (Скраћено.)

**Capta: Respondere ambassiatoribus regis Hungariae, qui regratiabantur nomine regis, de eo quod capitaneus Culphy et supracomiti Veneti, tam parati erant ad sua servitia, quando venit Constantinopolim; — ad provocationem de ferendo auxilio Constantinopoli et populo christiano contra Turchos, dicunt quod de novo armarunt octo galeas, et persvaderunt Januenses ut arment quinque galeas, quae statim ibunt ad defendendam Romaniam contra Turchos; — et cef.**

Secr. Cons. Rog. Lib. III. E. ch 137.

**CCVIII. 1396. 28. Januarii.**

Одговоръ посланицима краља Францускогъ, како су на његову молбу послали његове люде на својој галии у Далмацију, кои иду да набављају заробљене одъ Турака Француске и Бургундске витезове, кои се налазе у Рашкој земљи, и у Турака. (Скраћено.)

**Capta. Respondeatur ambassiatoribus regis Franciae, de facto captorum suorum Franciae, quos recomendat rogando nos, ut porigamus manus adiutrices ad libera-**



tionem eorum, respondeatur . . . . . dispositi tam ipsi domino regi Franciae, quam domino duci Burgundiae et aliis principibus de inde complacere, dari fecimus eorum nuntiis, qui hic fuerunt, unam nostram galeam, quae ipsos conducet primo ad partes Dalmatiae, ad locum ubi est dominus rex Hungariae, deinde ad locum unde ire possent ad visitandum dominum ducem Nivernensem et alios, qui in Russia capti sunt. Et quia dixerunt, quod habeant in mandatis eundi successive Constantinopolim, et postea in Turchiam, pro visitatione aliorum qui ibi sunt, providimus propter longam moram factam in mari per dictam galeam primam, de armando unam aliam galeam de novo, quae iam expedita est et brevissime ibit ad levandum eos et coducendum ad partes Constantinopolis, . . . . . facimus id boni quod fieri potest in istis factis, ut nuncii sui possint celeriter exequi mandata dominorum suorum et principum praedictorum.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 138.

## CCIX. 1397. Indict. V. 7. Aprilis.

Наставленѣ за капетана Кулфа, идуѣгъ у Цариградъ и къ султану Баязиту. (Скраѣсно.)

Capta. Quod fiat commissio nobiliviro ser Benedicto Superantio, procuratori, capitaneo generali Culphy, in ista forma:

Nos Antonius Venerio dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Benedicto Superantio, . . . . . ambasciatores Venetos deponas in Segnia, et eas Constantinopolim, . . . . . debeas ire ad praesentiam domini imperatoris eum assecurare de succursu et subventionem, et hortare eum et Januenses de Perastent firmi, et defendant se contra Turchos, assecurando eos de auxilio Venetorum, . . . . . Sed si videres quod imperator et illi in Perastent vellent facere pacem cum Basito, tunc etiam facias pacem, ne Veneti soli remaneant cum Turcho in guerra, quod nimis periculosum esset . . . Modus vero quo velimus devenire ad pacem cum Turchis esset, secundum quod semper fuimus et stetimus cum patre et eo, et secundum quod obtinuit ab isto Basito ser Franciscus Quirino; scilicet, quod habeamus nos et omnia loca nostra pacem cum eo, ita quod sint salva et secunda per terram ab omnibus suis, nec debeant ab aliquo damnificari et molestari, et e converso; et quod nostri possint ire et conversari in locis suis salvi et securi, sicut soliti erant, et vice versa sui in nostris — etc. . . . .

Verum quia posset occurrere, quod ipse Basitus vel sui facient requisitionem de duobus, primo, de volendo habere pacem nobiscum etiam in mari, et secundo, sicut alias iam dixit, de non volendo dare pacem locis

per nos de novo aquisitis, prout sunt civitates Argos et Neapolis, Athenarum, Durachii et Scutari, quia diceret quod forent sua et quod sunt suae venationis, ut solitus est dicere . . . . . Quando autem staret constans, dicas quod debeas scribere et expectare mandata nostra; verum in hoc casu essemus valde contenti, quod tam dominus imperator quam Januenses differerent ad concordandum se, donec nos responderemus. — Si vero imperator et Januenses jam essent in concordio cum Basito, volumus quod etiam tu omnimode studeas de ponendo nos etiam in concordio cum ipso Basito, modis et formis superius dictis.

Preterea quia consideramus, quod de levi possit esse, quod imperator Chalotiani, nepos imperatoris Chier Manuli, intrasset in imperio seu intraret, quia ut sentimus Basitus videtur dispositus non habere pacem secum, nisi relinquat imperium, committimus tibi, quod in isto casu habeas libertatem comparendi ad praesentiam suam . . . . . et requirere eum de renovatione illarum treugarum, quas fecit et renovavit secum alias Ser Franciscus Fuscolo . . . . . Et in isto casu volumus, quia non est dubium, quod si erit in imperio, Basitus illum ponifecerit, quod si Januenses de Pera erunt secum in concordio, tu debeas procurare de ponendo nos etiam in pace secum, . . . etc.

**CCX. 1398. Indict. VII. 27. Septembris.**

Закључено: наложити управителю Драчкомъ, да купи едну кућу, у којој ће господя Вовелава, сестра Ђорђа Топиѣ, моћи до смрти свое седити.

*Capta. Insuper quia supplicatum nobis est pro parte dominae Voyslavae, sororis quondam domini Georgii Tobiae, olim domini Durachii, quod dominatio nostra dignetur habere respectum suae conditionis, videlicet quod propter parvam provisionem, quam habet, scilicet ducatorum centum in anno, oportet ire mendicando de domo in domum, et propterea dignemur eidem providere de una domo, pro sua habitatione. Vadit pars, quod mandetur rectori nostro dicti loci, quod expendere debeat, ducatos sexaginta in una domo, in qua ipsa domina habitare possit in vita sua, et post mortem suam reducatur in comune, pro complacencia ipsius domine.*

Misti del Senato. XLIV. ch. 64.

**CCXI. 1399. Indict. VII. 10. Junii.**

Привилегија на Млетачко грађанство краља Босанскогъ Остоѣ.

*Privilegium Serenissimi domini Stephani Ostoya, dei gratia Rassie, Bosne Maritimeque et cet. cum suis filiis et heredibus; de intus et extra de gratia.*

*Antonius Venerio dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam*

amicis quam fidelibus et tam praesentibus quam futuris praesens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tanto benignius ducalis providentia consuevit personas illustres et excelsas sibi devotas et fideles honoribus prevenire, ipsorumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotalibus favoribus convallare et earum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatu nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis benevolentiae puritatem et devotionis plenitudinem, quam serenissimus et excelsus dominus Stephanus Ostoya, dei gratia Raxie, Bosne et cet. rex illustris, ad nostre magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem tangentibus, benevolum et amicabilem se incessanter prebuit atque prebet. Votis suis et precibus affectuosius et gratiose annuentes, ipsum serenissimum dominum Stephanum cum suis filiis et heredibus, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solemnitate servata, in Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus perpetuo recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro cum suis filiis et heredibus in Venetiis et alibi deinceps haberi

et procurari omni effectu et plenitudine volumus et tractari, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus, beneficiis, imunitatibus et honoribus quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri utuntur et gaudent, idem serenissimus dominus rex in Venetiis et extra libere gaudeat decetero et utatur. In cuius rei fidem et evidentiam plenior em, fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. (sic). Datum in nostro ducali palatio, ano dominicae incarnationis MCCCLXXXVIII mensis Junii die decimo, indictione septima

Liber privileg. I-mus, charta 132.

## CCXII. 1400. 21. Junii.

Одговоръ посланку господара Авлонскогъ, да Млетчиини немому пријимити његову земљу подъ своју властъ, него му саветую, да се држи противъ Турака, а да ће скоро добити помоћ одъ христіјански владатоца.

Quod respondeatur oratori domini Avalonae, qui hic est, ad illa quae nobis dixit pro parte domini sui, scilicet de volendo nobis dare loca sua, cum conditione quod nos debeamus providere de eo hic vel ibi, ita quod honorifice cum sua familia possit ducere vitam suam; quod nos cognoscimus, quod oblatio quam nobis facit ipse dominus suus de locis suis, procedit a sincera affectione quam habet ad nostrum dominium, de quo regraciamur sibi satis. Sed consideratis diversis

agendis, quae praesentialiter occurrunt nobis, propter quae male possemus in tot partibus providere, non videtur nobis de volendo acceptare et intromittere loca ipsa. Scimus tamen tanquam singularem amicum et verum Christianum svadere sibi quantum possimus, quod velit esse boni et constantis animi ad defensionem et conservationem locorum suorum, ita quod non vadant ad manus Turchorum, dissimulando cum eis quantum melius potest; quia habemus bonam spem in gratia Jesu Christi, quod illuminabit ita mentes catholicorum principum et dominorum ad providendum contra eos, quod tam ipse quam alii domini, qui vivunt sub timore ipsorum, poterunt stare et vivere, in locis et dominiis suis, pacifice et quiete; utendo his et similibus verbis, quae dominio circa istam intentionem utilia videbuntur.

Misti del Senato XLV. ch. 20.

### ССХІІІ. 1400. 4. N o v e m b r i s.

Капетану Млетачкомъ у Драчу налаже се, да поидѣ у Млетке драгоценный нажить, кон е негда быо госное Воиславе, сестре Ёорѣа Топіе, и кон садъ шшту натрагъ Вукъ Бранковиѣ и нѣгови синови.

Capta: Cam baiulus et capitaneus noster Durachii scribat, quod videtur sibi, quod corona et cercelli ei assignati per precessorem suum, tanquam de bonis condam magnifici domini Georgii Thopiae, spectent nostro comuni et non filiis domini Vul-

*chi de Branchio, petentibus dictam coronam et cercellos tamquam bona condam dominae Voyslavae, quia dictus dominus Georgius dedit et dimisit civitatem Durachii et omnia sua bona comuni Venetiarum. Et bonum sit providere super hoc; vadit pars: quod scribatur et mandetur baiulo et capitaneo Durachii, quod debeant mittere Venetias per personam confidentem ad manus nostrorum officialium rationum veterum, dictam coronam et cercellos, ut postea possit per istud consilium provideri de dictis rebus sicut justum videbitur.*

Misti del Senato XLV. ch. 38.

#### CCXIV. 1401. 4. Marci i.

Закључено, дати пуномоћје дужду и његовомъ савету, да могу тайно уговарати и намирити се са Турчиномъ *Сайнолѣ*, комъ е Ђорђе Срацимировъ Бална, најпре предао Скадаръ, на га е после опетъ одъ њѣга отео и дао Млетчињима.

Cum sicut clare habetur et per experientiam apparet, dominus Georgius Strazmir est potissima causa insultus et derobationis, quae fiunt per Saynum Turchum in territoriis et districtibus nostris Scutari et illarum partium, et propter multos respectus faciat pro nobis, habere advertentiam et cogitare factis nostris, specialiter considerato, quod dictus dominus Georgius contrafecit pactis nostris, propter quod deliberatum est per nostra consilia, quod non detur amplius



ei aliqua provisio sicut habebat; et etiam considerato, quod dictus dominus Georgius dedit primo dicto Sayno Turcho locum Scutari, et postea illum eidem surripuit et postea illum dedit nostro dominio, de quo dictus Saynus non bene contentus praetendens ius habere in eodem loco, nunquam cessabit inferre molestias et gravitates contraere nisi aliud remedium apponatur. Et non faciat pro nostro dominio, quod dictus locus veniat in manus Sayni Turci. Vadit pars: pro honore nostri domini et refrigerio et quiete subditorum nostrorum illarum partium: quod collegium domini, consiliariorum, capitum, sapientum consilii et ordinum, habeant libertatem tractandi et conveniendi cum dicto Sayno, per illum secretum et bonum modum, qui praedicto collegio vel maiori parti videbitur, etiam si opus erit facere aliquam expensam pro praedictis, quae possit fieri et expendi sicut videbitur, quia omnia fient cum quam maiori honore et minori gravitate fieri poterit pro nostro communi.

Misti del Senato XLV. ch. 61.

## CCXV. 1401. 8 Augusti.

Одговоръ посланку Константина господара Србскы' земля, сусѣдны' Драчу, и негово супруге Елене, сестре Ђорђа Банине, захтеваоши нека наследства, остављена одъ реченогъ Ђорђа Банине овой своіой сестри Елене.

Cum iam pluribus, diebus comparuerit ad nostram praesentiam quidam ambassiator

Constantini domini Serviae, territorii quod est circum circa territorium nostrum Durachii, et ambassiator etiam dominae Helenae uxoris dicti Constantini, quae Helena fuit soror domini Georgii, qui nobis dedit civitatem Durachii, et dictus ambassiator petierit nomine praedictorum, sicut etiam scribunt per suas litteras: quod dictis Constantino et dominae Helenae fieri faciamus nostras patentes litteras, per quas concedamus eisdem, quod cum suis filiis, et similiter homines et subditi sui, cum eorum rebus et bonis, famulis et servitoribus, valeant stare, transire, recipi et tractari libere, amicabiliter et secure in locis et terris nostri domini, per illum modum et sicut recipiuntur et tractantur nostri cives. Item petit dictus ambassiator pro partae dictae dominae Helenae, quod nobis placeat facere eidem dare et assignare aliquas res et bona, quae fuerunt condam domini Georgii Thopiae fratris sui, per ipsum donatas dictae dominae Helenae, ante mortem dicti domini Georgii. Quae res et bona definentur in Durachio propter quoddam testimonium, quod fecit quaedam domina Goy-slava, soror dicti domini Georgii et dictae dominae Helenae, ad quam Goy-slavam non spectabant dictae res nec dicta bona, quia ipsa habuerat dotem suam, et dicta domina Helena nullam dotem habuerat, nisi donationem factam eidem, per dictum domi-

num Georgium. Et per baiulum et capitaneum nostrum Durachii nobis scriptum fuerit, quod consideratum esse necessarium, quod omnia blada et quelibet alia grassa, quae conducitur per terram Durachium, transeant per dicta loca dominae Helenae sive dicti Constantini viri sui, qui si vellent possent obstare, consulit bonum esse quod complaceatur sibi in eo quod fieri potest; Vadit pars: Quod respondeatur dicto ambassiatori cum illis bonis et amicabilibus verbis quae videbuntur dominio. Quod sumus contenti facere domino suo et dictae dominae Helenae nostras litteras patentes in forma necessaria, per quas possint ad suum beneplacitum cum suis filiis et similiter sui familiares cum eorum rebus et bonis quibuscunque, venire, transire, recedere et stare secure in Durachio et omnibus locis et territoriis nostris, ac debeant amicabiliter et favorabiliter recipi et tractari; prout tractantur et recipiuntur nostri cives. De mercationibus vero solvant in Durachio et in aliis civitatibus et locis nostris secundum consuetudinem. Ad alteram partem respondeatur, quod considerato quod non ostendit nobis aliquam scripturam nec aliquod testimonium, per quod de jure appareat dicta bona et res spectare ad dictam dominam Helenam, nec etiam altera pars cui dimissae sunt dictae res, non est praesens, nec aliquis pro eis, sed solum audivimus petitionem quam facit praedicta domina Helena sine aliqua

batione. Et quidam noster baiulus scribat, quod dictae dominae Helenae et viro suo Constantino dedit omnia quae dimittuntur per dictum testamentum et fecit jus eis; non videmus quod cum honore nostro et observatione juris et justitiae possimus aliud respondere ei super dicta parte, nisi quod scribemus regimini nostro Durachii petitionem suam, et mandabimus ei expresse, quod examinet diligenter et mature jura dictae dominae Helenae, et cum expeditione faciat dictae dominae Helenae sive suo procuratori juris et justitiae complementum, et in casu quo dictum nostrum regimen cognoscat de jure dicta bona eidem dominae Helenae spectare, debeat eidem ipsa assignari et dari facere. Quando vero videretur aliter dicto nostro regimini, nobis scribat examinationem quam fecerit et parere suum in dicto facto, quod postea providebimus prout nobis videbitur. Et sic scribatur et mandetur dicto nostro regimini ut supra dictum est. Incargando dictum nostrum regimen, quod cum omni diligentia et matura examinatione studeat inquirere, si id quod petit dicta domina Helena est verum et iustum, quia essemus valde contenti, quod habente ipsa jus fieret taliter, quod haberet causam amicari nobis et bene tractare nostros fideles deinde. avisando tamen dictum nostrum regimen, quod habeat bonam advertentiam, quod dictus Constantinus vel dicta domina Helena vel gentes suae, sub

praetextu dictarum nostrarum literarum patentium, non possint facere aliquid, quod foret incomodi dictae nostrae civitati Durachii. Et quia iste ambassiator non habet pecuniam pro expensis pro reditu, donentur eidem de pecunia nostri communis ducati decem.

Visti del Senato XLV. ch. 96.

### CCXVI. 1401. Indict. X. 17. Novembris.

Одговоръ посланицима Ђорѣа Срацимирова, господара Улцинскогъ, извинявајућегъ се збогъ неки увреда, нанешени Млетчињима одъ његови люди, да они ако и знаю, да е истина што се на њѣга доказуе, пристаю на помирењѣ, ако онъ даде удовлетворењѣ и ако накнади штете.

Capta: Quod respondeatur ambassiatoribus domini Georgii Stracimiri Dulcigni etc. Ad excusationes quas faciunt de sale derobato per subditos ipsius domini Georgii, secundum protestationem, quam alias sibi fecimus fieri et ad alia per eos exposita. Magnificus dominus Georgius Stracimiri scit bene esse veritatem ne dum de dicto sale nostro derobato per suos, sed et quod sui subditi, donec Turchi steterunt super territoriiis nostris Scutari et Drivasti, portaverunt victualia et dederunt favores eis, denegantibus nostris fidelibus dictorum locorum victualia, et faciendo multa alia in maximum damnum dictorum locorum et introituum nostrorum de dictis locis. Sumus et certissimi quod

nostri rectores et praeteriti et praesentes scripserunt et informaverunt nos de veritate, ita quod in talibus non est faciendum aliquod dubium nec acceptanda aliqua excusatio. Sed nos sequentes vestigia nostrorum progenitorum, qui semper fuerunt benigni et nil aliud quaesiverunt ab amicis circumvicinis suis, nisi amorem et dilectionem et bonam viciniam, habito respectu quod una vice ipsum dominum recepimus in numero nostrorum nobilium, et audiendo quantum ipsi ambassatores affirmant, quod sua magnificentia cordialiter diligit nos et honorem nostrum; ut de bono in melius se disponat sicut speramus et credimus sine dubio, quia non habet causam aliter faciendi, tam propter caritatem quam sibi semper ostendimus, quam etiam quia nostra amicitia potest et debet ei esse cara et grata non modicum; sumus contenti pertransire secum amicabiliter in hunc modum. Videlicet: Quod emendam et satisfactionem salis nostri derobati per suos subditos, tam pro honore nostro, quam pro dando exemplum aliis, quod non accipiant res nostras sine nostra licentia, petimus et omnino volumus. Et propterea placeat dicto domino Georgio facere fieri nobis emendam et satisfactionem dicti salis derobati integraliter. Cum in casu quo sua magnificentia sit contenta facere fieri emendas et satisfactiones dicti salis, et ipsam satisfactionem fieri faciat cum effectu, inveniet nos paratos observare et adimplere circa factum

suae provisionis mille ducatorum annuatim, secundum quod promisimus et continetur in forma pactorum.

Ad factum barcharum salis quas ipsi petunt, dictum dominum posse accipere et habere de Durachio pro usu Dulcigni et Antivari, et ad factum quod possit facere adduci Dulcignum et Antivarum frumentum emptum in aliis terris per transitum super territoriis nostris; respondeatur: quod ut videat expresse nostram bonam voluntatem et dilectionem quam gerimus suae magnificentiae, sumus contenti facta emenda et satisfactione dicti nostri salis per suam magnificentiam, concedere ei de gratia ad beneplacitum nostri domini, quod possit habere et extrahere de Durachio duas barchas salis pro sua pecunia, de ducentis modiis pro qualibet, et conducere ipsas Dulcignum et Antivarum pro usu dictarum terrarum, solvendo dacia solita nostrae terrae Durachii. Similiter sumus contenti, quod possit de aliis terris facere conducere dictum frumentum super territoriis nostris per transitum, pro usu dictarum suarum terrarum; salvo si dictum frumentum non erit nobis necessarium pro terris et locis nostris. Concludendo quod mandabimus rectoribus nostris Scutari et Durachii, quod super facto suae provisionis mille ducatorum et super aliis duabus partibus, de duabus barchis salis et de frumento debeant, postquam sci-

verant a certo , dictum dominum Georgium fecisse fieri emendam et satisfactionem salis derobati , adimplere et observare secundum quod ipsis recomendavimus.

Et ut possimus scire quantam quantitatem pecuniae debeamus et possimus petere pro damno dicti nostri salis derobati, debeat scribi et comitti comiti et capitaneo Scutari, quod debeat facere examinationem , tam cum illo qui habebat dohanam dicti salis , quam cum quolibet alio , qui ei videbitur super dicto facto , et per suas litteras quam prestius poterit nos informare ad plenum ad quantam quantitatem pecuniae ascendit damnum praedictum , et de omnibus de quibus videretur ei necesse esse nos habere informationem circa praedicta et alia necessaria, ut de hinc possimus definire secundum quod erit necessarium in hoc facto.

Misti del Senato XLV. ch. 120.

**CCXVII.** 1401. Indict. X. 28. Decembris.

Посланику Хервое войводе Босне , кои моли да недаю Млетчким помошь Сплешанима , кои су узели његовъ градъ Омшиъ , него да њему буду у помоши , одговорити да њмъ е жао што е општењемъ , по да се они немогу у те словесе менати.

Capta. Cum dominus Ludovicus de Mathafaris, pro parte Creuoy de Bossina cum litteris credentialibus nobis exposuerit, quod aliqui inimici sui de Spaleto,



occupaverunt locum Almisii, quod est suum et ad ipsum spectat, et rogaverit nostrum dominium, quatenus nobis placeat non dare auxilium nec favorem dictis suis inimicis, sed potius favere sibi, tanquam civi et amico nostro, et super hoc dictus dominus Ludovicus volens hinc recedere, sollicitet instanter responsionem. Vadit pars, quod respondeatur dicto ambassiatori, quod habemus dictum dominum Creuoy in carum civem et amicum nostrum et semper fuimus et essemus parati ad omnia grata et benplacita suae magnificentiae, et non modicum displicet nobis, quod fiant contra eum res, quae sint sibi molestae et in damnum suum, sed consideratis omnibus, non videtur nobis honestum de impediendo nos in factis predictis, et propterea placeat suae magnificentiae habere nos excusatos.

Secr. Cons. Rogat. Lib. I. ch. 46.

### CCXVIII. 1402. Indict. X. 20. Aprilis.

Одговоръ посланику краля Босанскогъ, кои явля да краљ жели на мору сазидати тврдињу и пристаниште, и моли да му Млетцини буду у помоћи противъ ови, кои бы му у томе бранили, како Млетцини мисле да онъ може у својој земљи чинити што држи за добро, али да се они у тај посао немогу плести, нити збогъ тога съ кимгодъ

заратити.

Capta. Quod respondeatur isti oratori serenissimi domini regis Bossinae, ad ambasiatam quam nobis exposuit parte sua effectualiter continentem, quod dictus dominus

suus rex deliberabat velle fieri facere, pro utilitate et commoditate regni sui et subditorum suorum, unum locum et unum fortificium ad marinam cum portu, ut mercatores nostri et alii haberent commoditatem possendi ire ad dictum locum, traficare et mercari cum suis; et quia optabat, quod principaliter nostri haberent istud commercium, cum civis et Venetus noster esset, mittebat ad presentiam nostri domini, a quo volebat consilium et favorem nostrum, ad faciendum dictum locum et cet. Quod sicut serenitati suae notorium esse potest, nos sincere semper dileximus serenissimos predecessores suos reges, et diligimus cordialiter maiestatem suam, et generaliter omnes mercatores et subditos suos; et si cognoscit quod constructio dicti loci possit esse utilis et commoda ipsis subditis et regno suo, quod potest facere et deliberare sicut maiestati suae videtur et placeat, quia omnis deliberatio sua placebit nobis, non dubitantes, quod in illo, si constructur, et in omnibus aliis suis, sicut se offert, semper tractaret mercatores et subditos nostros favorabiliter et benigne, et de hoc sibi regraciamur, quantum possumus. Verum quia petit velle habere favorem nostrum, in casu quo aliqui vellent obstare sibi, quod non construeret dictum locum, ad istud dicatur sibi, quod in locis suis possit facere ad benplacitum suum et nescimus qui obstarent, et si aliqui obstarent, possent esse persone cum quibus

essemus in pace, et essendo in pace secum, nollemus intrare cum aliquo in guerram, quia hoc cum honore nostro facere non possemus.

Secr. Cons. Rogator. Lib. I. ch. 57.

### CCXIX 1402. Indict. X. 30. Julii.

Заключено о трошку господе Контарено послати едного посланика у Дубровникъ и кнезу Стефану, господару Рашке земль, и къ нѣговой матери кнегиньи, да изнита велику штету, кою су та господа претрнула одъ реченогъ кнеза Стефана, по наговору Марина Градиѣ, властела Дубровачкогъ, живекегъ у двору истогъ кнеза Стефана.

Capta: Cum nobiles viri ser Stefanus et ser Benedictus Contareno fratres, comparuerint coram dominio, conquerentes, quod propter procurationem cuiusdam Marini de Gradi Ragusei, qui stat in curia comitis Stefani, domini Rasciae, et multum potest apud eum, ipsi damnificati fuerunt per dictum comitem Stefanum in magna summa pecunae, pro qua recuperanda etiam perdiderunt et spendiderunt ultra ducatos sexcentos, super quibus fuit scriptum alias comunitati Ragusii, cum civis suus fuisset principalis causa, propter quam haberunt dictum damnum, et etiam missus providus vir Johannes Ravagnano, et examinato negotio male possit hic haberi tanta claritas istius facti, quod possit in eo procedi. Vadit pars: cum dicti nobiles contenti sint, quod ad suas expensas mittatur unus nuncius, et tam ad civitatem Ragusii, quam ad ipsum comitem Stefanum, cum illa

comissione, quae videbitur dominio, pro possendo habere tantam lucem istius facti, quod possit secundum quod justum fuerit subveniri. Vadit pars: quod collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum consilii et ordinum, habeat libertatem mittendi unum nuncium ad expensas praedictorum, tam ad comunitatem Ragusii, quam ad ipsum comitem Stefanum et dominam comitissam eius matrem, cum illa commissione, quae eis vel maiori parti utilis et necessaria apparebit, pro veniendo in lucem et declarationem veritatis. Ita quod illa habita possit postea provideri ad indemnitatem nostrorum civium, sicut utilius et melius apparebit.

Misti del Senato XLVI. ch. 36.

### CCXX. 1403. 16. Marci.

Закључено послати едногъ посланика кнезу Стефану Ранкомъ, кон да уговори условія подъ конма бы Млетчићи могли трговати у њговимъ земляма.

Cum territoria et loca magnifici domini comitis Stefani de Raxia, proxima sint territoris et locis nostris Scutari et Drivasti, et sicut notum est omnibus, in locis et partibus dicti domini comitis multum fit de mercantia et magna lucra, et specialiter per Raguseos et alios; unde considerato quod bonum ymo necessarium est, dare etiam quod mercatores nostri possint ire et traficare in dictis partibus, habito respectu ad conditio-

nes aliarum partium et locorum in quibus nostri mercatores consveti sunt mercari. Vadt pars: quod mitti debeat ad dominum comitem Stefanum praedictum, unus noster ambaxiator cum illa comissione, quae ei dabitur per istud consilium, qui ambaxiator eligi debeat per duas manus electionum in hoc consilio, et unam per scriptinium, inter dominum, consiliarios, capita de pl. et sapientes ambarum manuum, et possit accipi de omni loco et officio, respondeat infra terciam diem et debeat ducere secum quinque famulos et tres ragatios, et unum qui sit trucimanus et expenditor, unum cochum et unum notarium cum uno famulo, possendo expendere quolibet die de pecunia nostri comunis, ducatos quinque in omnibus expensis quomodolibet occurrentibus, non intelligendo in hoc agocia equorum, nec nabula navigiorum. Dictus vero ambaxiator pro suo labore habere debeat pro toto isto viagio ducatos ducentos, cum conditione, quod teneatur facere sibi duas vestes pulcras, valoris adminus ducatorum CXX. inter ambas. Sed quia non esset justum, quod comune nostrum haberet onus dictarum expensarum et mercatores utilitatem; ordinetur, quod de cetero, de omnibus mercantiis et rebus quae conducentur Dulcignum, et a Dulcigno superius versus illas partes, debeat solvi una cum dimidia pro C. valoris dictarum mercantiarum et rerum; quae una et dimidia exigatur per nostros vicedo-

minos tabulae maris. Et si aliquis contrafecerit in non solvendo vel defraudando datum praedictum, cadat de ·XXV· pro ·C· quae pena subiaceat fractorem et ordinibus controbannorum; et duret dicta exactio donec commune nostrum erit satisfactum de pecunia quam expenderit occasionibus suprascriptis.

Capta. Caput de XL. ser Antonius a Becholis, et ser Rambertus Quirino sapiens consilii, volunt quod mittatur unus sufficiens nuntius, per illum modum, qui videbitur collegio, cuius comissio fiat in hoc consilio; et ubi dicitur quod mercationes solvant unam et mediam pro ·C· quod solvant solummodo unam, donec erit satisfactum comuni de pecunia quam expenderit dicta de causa.

Misti del Senato XLVI. ch. 68.

## CCXXI. 1404. 2. Aprilis, in Visoko.

Привилегија коју е дао Остоја краљ Босне Млетачкимъ трговцима, да могу по његовимъ земляма слободно трговати.

Copia privilegii obtenti per dominum Marcum Dandolo, ambaxiatorem ad serenissimum dominum regem Hostoya Bossine etc. pro comodo Venetorum subditorum, et fidelium Venefiarum.

Hostoya dei gratia Rassie, Bossine, et partis maritime etc. rex. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens pri-

vilegium inspecturis, salutem, et sincere dilectionis affectum. Per ea que dicta et tractata sunt inter nos, et egregium et nobilem virum dominum **Marcum Dandulo**, ambassiato-rem illustris et excelsi domini domini **Michaelis Steno**, dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum, et superhinde habito bono et maturo consilio cum magnificis et potentibus dominis, comite **Paulo Radinovich**, voyvoda **Vocho mir Jurevich**, voyvoda **Paval Elisich**, et voyvoda **Radiz Sanevovich**, et comite **Radoe Radosalich**, baronibus nostris, ac etiam cum consilio quam plurium nobilium, et militum apud nos existentium, de omnium predictorum optima voluntate et consensu, cum nostris heredibus et successoribus, ex nostra spontanea voluntate, bono amore et sincero corde concessimus per hoc presens nostrum privilegium, eidem nobili viro domino **Marco Dandulo**, ambaxiatori illustris et excelsi domini domini **Michaelis Steno**, dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum. Quod omnes Veneti subditi et fideles illustris et excelsi domini domini ducis et comunis Venetiarum, possint libere et secure sine aliquo impedimento et molestia, et sine solutione alicujus datii, pedagii, vel gabelle tergovine, vel aliqua alia solutione, cum eorum personis famulis barchis valisiis capsis pannis et arnesiis, armis et cum equis et saumis, et cum eorum mercantiis,

pecunia, et bonis et aliis rebus suis quibuscumque, accedere mittere stare et mercari in qualibet parte nostri regni. Et similiter posint libere et secure, sine solutione alicujus datii, pedagii vel gabelle tergovine, vel aliqua alia solutione, extrahere vel extrahi facere de qualibet parte nostri regni mercantias, pecunias, et res quascumque voluerint. Item promisimus eidem domino Marco Dandolo, ambassiatori ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, quod precipiemus, et cum effectu faciemus, quod omnes nostri rectores, castellani, zuppani, judices, et alii officiales nostri regni, dabunt auxilium et favorem necessarium supradictis Venetis subditis et fidelibus Venetiarum. Et quod providebitur, quod in qualibet parte nostri regni, ad quam declinabunt predicti Veneti subditi, et fideles Venetiarum, habebunt domos pro eorum habitatione, solvendo quantum est conveniens, et quod tractabuntur in qualibet parte nostri regni favorabiliter et benigne. Item concessimus eidem domino Marco Dandolo ambaxiatori ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, quod flumen Narenti et omnia alia flumina ac omnes alie aque dulces et salse, totius nostri regni, sint aperte Venetis subditis, et fidelibus Venetiarum, taliter, quod libere et secure, de die et de nocte, in tempore pacis et in tempore guerre, possint cum navigiis, galeis armatis, barchis, et cum omni alio genere navigiorum; cum suis mer



cantiis denariis et bonis quibuscunque, venire, stare et redire sine solutione alboragii, fundagii, datii tergovine vel alicujus solutionis, Intelligendo quod supra dicti Veneti subditi et fideles Venetiarum, non possint se impedire de sale, nisi ex consensu et voluntate nostra. Item promissimus supra dicto domino Marco Dandulo, ambaxiatori dicti domini ducis et comunis Venetiarum, quod in casu quo in aliqua parte nostri regni aliquis Venetus vel fidelis vel subditus Venetus esset derobatus, vel quod ei aliquid ex vi raperetur, satisfaciemus et solvemus ei de nostris bonis propriis totum id, quod sibi derobatum et raptum fuisset, usque ad integram suam solutionem. Item promittimus, quod de brevi fieri faciemus monetam nostram, que accurreret per totum nostrum regnum taliter, quod predicti Veneti subditi et fideles Venetiarum erunt equales omnibus nostris subditis, et aliis quibuscunque forensibus, qui venirent in nostro regno. Si vero deliberaremus quod non fieret nostra moneta, promittimus facere cum effectu, quod moneta dicti domini ducis et comunis Venetiarum accurreret per totum nostrum regnum, sicut accurrit ad presens moneta Ragusiensis. In quorum fidem, et evidentiam plenioram presens privilegium fieri jussimus, et bulla nostra majoris sigilli pendente muniri.

Datum apud Visochium, die vigesimo secundo Aprilis MCCCIII.

Comemorale IX. ch. 159. et XI. ch. 86.

**CCXXII. 1405. Indict. XIII. 24. Marcii.**

Одговоръ посланицима Хервоѣ, молећегъ Млетчиће за две галије, да му њи засадъ немогу дати.

Capta. Quod respondeatur oratoribus Crauoie, ad requisitionem quam nobis fecerunt, quod velimus sibi complacere de duobus corporibus galearum cum suis fulcimentis necessariis, pro suis pecuniis et cet. Quod magnificus dominus Creuoia debet esse certissimus, quod propter optimam dispositionem, quam semper vidimus ipsum habere ad benplacita et commoda nostri status, nos cordialiter diligimus magnitudinem suam, et complaceremus sibi in omnibus possibilibus, tamquam amico carissimo; sed veritas est, quod nos presentialiter non sumus ita copiosi galeis, sicut vellemus; ymo propter guerras, quas presentialiter habemus, multae sunt nobis necessariae, sine quibus facta nostra facere non possemus. Sumus etiam propter guerras Lombardiae, ita male fulciti lignaminibus aptis ad fabricam et constructionem galearum, quod male videmus pro presenti posse de illis nos fulcire. Ordines nostri expresse prohibent, quod quando civitas nostra est in guerra et novitate, ut sumus ad praesens, tales galee extrahi non possint de terra nostra, et propter istas rationes et causas rogamus ipsum magnificum dominum, Creuoiam, nostrum amicum carissimum,

quod si non complacemus magnitudini suae, velit habere nos rationabiliter excusatos.

Ser Nicolaus Barbo consiliarius vult: quod complaceatur dicto domino Crauoie de duobus corporibus, illis videlicet quae videbuntur collegio, cum suis fulcimentis et pro suis denariis. Sed si potius placeret dicto domino, facere fieri dicta duo corpora galearum in Venetiis de novo cum suis fulcimentis, etiam complaceatur sibi.

Secr. Cons. Rogat. Lib. II. ch. 100.

### CCXXIII. 1405. Indict XIII. 3. Augusti.

Одговоръ посланику общине Которске, молеће да ю Млетчѣни прїиме подъ свою власть, да то засадъ немогу учинити.

Capta. Cum comparuerit ad presentiam nostram, unus ambasiator comunitatis Catari, exponens inter alia, quod comunitas sua, tanquam devoti et fideles nostri, vellent esse et submittere dominationi nostri, et rogavit ut vellemus ipsos acceptare et cet. Vadit pars: quod respondeatur dicto ambasiatori, quod videmus et cognovimus bonam dispositionem et intentionem suae comunitatis erga nostrum dominium et mercatores nostros in loco suo conversantes, propter quod habemus et habere intendimus dictam suam comunitatem recomissam. Ad requisitionem autem quam facit, occupati circa guerram presentem, quam habemus cum do-

*mino Paduano, et circa multa alia, non videmus pro nunc posse facere secundum requisitionem suam; et propterea pro nunc ad omne suum beneplacitum, potest in bona gratia ad patriam remeare, et illam comunitatem nostri parte ortare, quod sit unanimis et perseveret in ista bona dispositione erga nos, nam per gratiam Jesu Christi presto exhibimus de ista guerra et cotidianis laboribus et occupationibus, et poterimus postea cum alacri animo attendere ad ea, que erunt cum honore nostro et contentamento suo.*

Secr. Cons. Rog. Lib. II. ch. 134.

#### CCXXIV. 1405. 7 Augusti.

Дав се слобода капетану Кулфа и кнезу Скадарскомъ, да могу обећати до хиљду дуката годишнѣгъ дохода онама, кон њмъ даду у руке Балшу Срацимира и њгову матеръ.

*Capta. Quia capitaneus noster Culphy scribit dominio nostro, quod si habuisset libertatem expendendi aliquam pecunie quantitatem, vere habuisset in manibus et potentia sua Balsam Stracimir et eius matrem, qui si caperentur, de contracta nuper acquisita per dictum nostrum capitaneum nullatenus posset dubitari, nam non est aliquis de prole Stracimir praeter Balsam superscriptum; scribatque quod habet quendam tractatum prae manibus, habendi praedictos in manibus suis, si valebit obtine-*

re licentiam praedictam. Vadit pars: pro omni bona causa et respectu, quod detur libertas ipsi nostro capitaneo Culphy et similiter comiti et capitaneo Scutari, ambaxiatoribusque nostris in dictis partibus existentibus, possendi promittere de introytibus de inde, illi vel illis qui sibi darent dictum Balsam et matrem eius in suis manibus, usque ad quantitatem ducatorum, in quingentos usque mille, ad partes ad partem, sicuti melius poterunt, pro bono nostri communis, singulo anno; quae quidem provisio erit illa provisio, quam habebat dictus Balsa.

Misti del Senato. XLVII. ch. 15.

### CCXXV. 1405. Indict. XIV. 13. Septem.

Одговоръ посланицима краля Боене и Хервое, прво да се Млетчићи нећеду мешати у Которъ, а друго да намераваю за себе задржати Улцивъ, Будву и Баръ, које су узели одъ Бааше сина Ђорђа Срацимира и његове матере Ђене, а које посланици ишту за Садала.

Capta. Quod respondeatur oratoribus serenissimi domini regis Bosinae et similiter Creuoie, ad ambasiatam nobis expositam parte sua, per quam ipsi requirunt a nostro dominio, si nos volumus impedire de factis Catari, cum ad ipsos spectet locus predictus; quod veritas rei est, quod alias nos fuimus requisiti de volendo nos intromittere de factis dictae terrae, et quod nos noluimus nos intromittere de dictis factis nec volumus, et ita est nostra in-

tentio, et si erunt et remanebunt contenti, de ista nostra responsione ben quidem, quum autem non remanerent contenti, sed dicerent et peterent, quod dicemus, si nos impediemus, tunc dici sibi debeat, quod nolumus nos impedire nec volumus, nec impediemus in complacentiam dominorum predictorum.

Ad alteram partem, in qua faciunt mentionem, de locis Dulcigni, Bude et Antivari, aquisitis per nos, de quibus nos rogant, quod in casu quo velimus exire de illis locis, debeamus complacere Sandali amico suo; responderi debeat, quod veritas rei est, quod dum vixit dominus Georgius Strazamiri, nos viximus secum in bono amore et benivolentia, et nunquam inter eos et nos fuit aliqua causa erroris vel novitatis, nec fuisset parte nostra, nisi processisset a domina Helena, consorte sua, et a domino Balsa filio suo, qui fracta fide et promissionibus suis, armata manu et hostiliter arripuit nobis loca nostra, faciendo etiam nobis multa alia damna notabilia, propter quod vigilantes ad recuperationem eorum et ad nostram vindictam, sicut domino placuit, qui est justus iudex, nos recuperavimus loca nostra, et aquisivimus de suis; quae loca tanquam nostra et bene ac juste aquisita, tenemus et dispositi tenere sumus, et gubernare ad honorem nostrum, sicut facimus alia loca nostra, sperantes in divina gratia, cum juste illa aquisiverimus, quod poterimus per longa

tempora conservare, ad honorem dictorum dominorum suorum et aliorum nostrorum amicorum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. II. ch. 147.

### CCXXVI. 1406. Ind. XIII 30. Marcii.

Наставленъ за посланика Млетачкогъ у Цариграду, да яви Гръчкомъ цару међу осталимъ, како су Млетички посланици къ султану Турскомъ Мусулману Чалабиа, да се туже на Ђену удовицу Ђорђа Срацимира и на његогъ сина Балшу, и да га моле да овима издае помоћ.

Capta. Cupientes quod loca nostra omnia quae possint damnificari a Turchis, et notanter loca Scutari et alia loca quae habemus in partibus Albaniae, conserventur et non molestentur ab eis, mittere providimus ad imperatorem eorum Musulmanum Calabi in nostrum ambasiatorem, nobilem virum Franciscum Justinianum, cum istis duabus galeis, videlicet vicecapitaneum nostri Culphy ser Georgii Lauredano, et cum galea nostra Nigropon-tis, et comisimus ac mandamus sibi multis respectibus et causis, quod deposito eo in terram, cum dictis duabus galeis veniat usque Constantinopolim, ubi non possit stare ultra unam diem, non computata die sui recessus, a quo ser Georgio eritis plenarie informati oretenus de omnibus, quae habuerint et senserint in via sua. Providimus etiam vobis scribere et significare presentibus mandantes cum nostris consiliis rogatorum et

addit., quatenus quanto prestius poteritis esse debeat ad presentiam domini imperatoris, et sibi dicere parte nostra, cum illis utilibus verbis et pertinentibus, quae vestrae sapientiae videbuntur, qualiter sicut suum imperium bene novit, honorabiles oratores sui fuerunt ad nostram presentiam, et inter alia per suam excellentiam sibi comissa, fuerunt pluries nobiscum et cum nostris nobilibus pro facto treuguarum, quibus si deo placuisset optabamus, quantum in nobis erat, quod optatus finis et conclusio praestaretur, et optamus ad praesens, sed in effectu per illa quae comprehendere et videre potuimus, de omnibus cum eis in concordio fuisset, salvo quidem de facto **Tenedi**, de quo multis hinc inde discussis et reperto uno modo satis rationabili et honesto, dixerunt a maiestate sua non habere aliquam libertatem, propter quam cessavit conclusio eorundem. Sed quia optamus vivere cum imperio suo sancto et cum sua maiestate in illo amore et benivolentia, in quibus nostri predecessores semper vixerunt cum antecessoribus suis, mandamus vobis quod in casu quo placeat maiestati suae, quod dictae treuguae concludantur, secundum libertatem quam a nobis habetis, cum reformatione capituli **The- nedi**, in forma presentibus interclusa, cuius similem oratores sui habuerunt a nobis, vos illas treugas in bona gratia firmare et concludere debeat; et sic volumus quod per



vos fiat, salvo si dominus imperator predictus in aliquo processisset vel procederet, ad reparationem Thenedi et edificationem, quia in isto casu nolumus quod de treuguis predictis sibi faciatis aliquam mentionem, ymo comisimus vicecapitaneo nostro predicto, quod sibi et quibuscunque aliis de ipsa edificatione se impredientibus debeat protestari. Et quia non dubitamus, quod ipse dominus imperator dabit operam de sentiendo a vobis causam missionis nostri oratoris ad Turchum, volumus, quod si hoc sequetur, vos debeatis dicere suae serenitati, quod multis magnis et intolerabilibus injuriis lacessiti per dominam Helenam, consortem condam domini Georgii Stracamiri et Balsam eius natum, qui immemores beneficiorum receptorum per patrem et eos a nobis, contra fidelitatem et civilitatem suam, et contra suum sacramentum, hostiliter nobis arripuerunt loca nostra, processimus hostiliter contra eos et loca sua, et favente domino justitiam et causam nostram, de terris eorum expulimus, et illas nostrae submisimus ditioni. et quia nostri qui sunt in dictis partibus, scripserunt nobis, quod ipsi cum favore Turchorum quaerunt ipsa loca facere molestari, quodque id facturi sunt, ymo iam in parte fecerunt, nisi a suo domino aliud habeant in mandatis, propter istam causam deliberavimus mittere nostrum oratorem ad ipsum imperatorem, ad procurandum, quod velit talia et sic efficacia man-

data facere capitaneis gentibus et subditis suis, quod civitates terrae et loca nostra omnia conserventur a qualibet ipsorum molestia et novitate, et quod tractentur amicabiliter et favorabiliter. Insuper avisamus vos pro conforto vestro et aliorum nostrorum mercatorum, quod informati de morte condam ser Petri Aymo militis, quem habuimus multo tempore in Janua causa vobis nota, et sentientes, dispositionem Januensium esse de volendo omni causa remota, quod omnes differentiae sopiantur, quae inter eos et nos sunt, misimus de presenti unum alium nostrum oratorem ad illas partes, sperantes ymo quasi a certo tenentes, quod omnia fine pacifico concludentur, ita quod sicut propositi nostri est, mittemus anno presenti, de navibus et galeis nostris ad viagia Romaniae et maris maioris, secundum quod soliti eramus.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 9.

**CCXXVII. 1406. Ind. XIV. 30. Marcii.**

Наставленъ и пуномоѣе за посланика Млетачкогъ Францишка Юстиниани, кои иде Турекомъ султаны Мусулману Чалабин.

Capta. Quo fiat comissio nobili viro ser Francisco Justiniano, ambassiatori nostro ituro ad Musulmanum Calabi imperatorem Turchorum, in hac forma, videlicet.

Nos Michael Steno dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili

viro Francisco Justiniano dilecto civi et fideli nostro, quod in nomine Iesu Christi vadas noster ambasiator solennis cum ista galea nostra Lauredana, quam mittimus ad partes Levantis, ad presentiam excelsi et magnifici domini Musulmani Calabi, magni admirati Turchorum, et cum applicueris ad presentiam suam, facta primo eidem debita et honorabili salutatione et oblatione, nostris credentialibus literis presentatis, ipsum tanquam intimum amicum nostri domini salutabis parte nostra, offerendo nos statumque nostrum ad quaelibet grata et conformia votis suis.

Subsequenter exponere debeas, quod imitantes nostrorum vestigia precessorum, qui maximam affectionem gesserunt illustri condam genitori suo, et predecessori eiusdem; et e converso ipsi predecessores sui nostro dominio, misimus te in nostrum honorabilem ambasiatorem ad presentiam suam, et hoc principaliter pro visitando celsitudinem suam, et insimul congaudendo de felicibus successibus suis, quos tanquam proprios reputamus et reputare intendimus in futurum, cum mens nostra sit tantum bene disposita versus magnitudinem suam, quantum plus esse possit, sperantes ymo a certo tenentes, quod sua excellentia et excelsa sua potentia similiter vigilat versus nos et statum nostrum, et ut ista nostra sincera dilectio perfectaue caritas clarius elucescat, sumus dispositi cum licentia sua mit-

tere de nostris mercatoribus et civibus ad partes et loca sua, causa frequentandi et utendi sum suis mercationibus et bonis, quemadmodum facere solebant, quod erit in maximam exaltationem sui nominis et introituum suorum, nec non commoditate nostrorum mercatorum predictorum, quos debeas procurare de avantagiando tam in daciis, quam in omnibus aliis cum dicto domino Musulmano Çalabi. Et cum his et aliis verbis induturis quae tuae sapientie videbuntur, debeas inducere predictum dominum Turchum, quod sibi libeat fieri facere sua mandata omnibus suis subditis ad plenum, tam per mare quam per terram, per que nostri cives possint secure, pacifice, quiete et sine aliqua molestia vel novitate, ire, morari, conversari et mercari in terris et locis suis, stare et inde recedere, ad omnem eorum libitum et voluntatem, ac quod eidem non inveniatur ultra solitum aliqua daci vel gabelle, prout et sicut sumus dispositi erga subditos suos in locis et terris nostris facere vice versa. Et etiam sibi liceat consideratis omnibus suprascriptis de solita benignitate sua, concedere, quod possimus mittere unum nostrum consulem ad loca sua, pro commodo nostrorum mercatorum.

Et ut sua celsitudo sciat et cognoscat nostram bonam voluntatem eidem intimamus, quod nostrum dominium est dispositum velle vivere in pace et bono concordio cum eo,

et tractabimus et tractari faciemus omnes suos subditos fraterne amicabiliter et benigne, secundum formam pactorum alias firmatorum inter progenitores suos illustres et dominium nostrum, quorum copiam non dubitamus esse penes magnitudinem suam, et sic speramus, quod versa vice sua excellentia habebit recommissos subditos et loca nostra. Sed si ipse imperator peteret quod faceremus, si haberet guerram cum aliquo, tunc dicas et respondeas, quod habeat guerram cum quocunque velit, dominatio nostra est disposita habere et vivere in pace secum, verum quia non observantur nobis illa quae promissa fuerunt per eum, ut videbis per copiam compositionis tractatae alias secum per nostrum oratorem, de quibus omnibus habebis in Nigroponte plenam informationem, comittimus tibi, quod habita dicta informatione in Nigroponte procures toto posse, quod illa quae restant nobis fieri et observari. effectualiter et totaliter observentur:

Ceterum sicut potest esse notorium excellentiae suae, iam multo tempore habuimus civitates et territoria Scutari, Drivasti et aliorum locorum partium de inde, a domino Georgio Strazamiri, tamquam domino locorum predictorum; pro certa pecuniae quantitate, quae loca possedimus et ad presens possidemus pacifice et quiete. Est verum, quia est circa annus quod Balsamiri filius condam domini Georgii

suprascripti, immemor beneficiis illatis et datis condam suo patri, non sequens vestigia eiusdem, qui fuit intimus amicus nostri domini, fraudulenter et contra sacramentum suum nobis surripuit dictas civitates **S**cutari et alia territoria nostra, quod postquam ad notitiam nostram pervenit, condolentes ultra modum, tandem ferendo omnia patienter, minimus nostram ambasiam ad predictum **B**alsam, orlando rogando et requirendo ipsum, ut sibi placeret terras et loca nostra intercepta per ipsum facere nobis restitui, sicut erat justum, promittentes penitus oblivisci iniurias et offensiones factas nobis per eundem, ac reducere ipsum ad gratiam et benignitatem nostram. Secutum fuit enim, quod perseverante ipso **B**alsa in sua prava dispositione, dicta loca nobis restituenda penitus recusavit, unde non valentes aliter facere cum honore nostro, quin providere, quod idem **B**alsa penam lueret de commissis, providimus visitare dictum **B**alsam cum potenti armata galearum et navigiorum nostrorum tali modo, quod mediante gratia dei, et iustitia nostra, recuperavimus civitates et loca nobis surrepta, et etiam aquisivimus potenter omnes et singulas civitates et terras, quas occupabat **B**alsa predictus, et ipsas tenemus et possidemus ad presens pacifice et quiete. Sed quia per litteras rectorum nostrorum in dictis partibus existentium, exstitimus nuperrime informati, quod diebus proxime ellapsis, que-

dam magna quantitas Turchorum, nulla nostra seu rectorum nostrorum precedente causa, cucurrit super territoria nostra Scutari et aliorum locorum nostrorum de inde, inferendo maxima damna et incendia, in grave damnum subditorum nostrorum predictorum, quae omnia processisse censemus praeter mentem et conscientiam suam, eapropter magnitudinem suam rogamus, quatenus sibi libeat praecipere et sic efficaciter ordinare capitaneis et subditis suis quibuscunque, confinantibus cum dictis nostris locis, Scutari, Coroni et Mothoni, Neapolis, Nigropontis et ceterorum locorum nostrorum, quod in futurum sibi caveant ab inferendo et fieri permittendo aliqua damna, gravamina aut offensiones subditis et fidelibus nostris praedictis, sed potius ipsos tractent et tractari faciant favorabiliter et benigne, prout in sua excellentia plene speramus. Et quia occurrere posset, quod dominus praedictus tibi diceret, dicta loca ad eum spectare et pertinere, et quod sua sunt, tunc debeas subtrahere de mente sua, quod dicta loca sua sint, ymo erant condam domini Georgii Strazamir, qui tanquam dominus locorum praedictorum, habens merum et mixtum imperium, nostro dominio Scutarum, Drivastum et alia loca sua consignavit, et illa quae nuper cepimus, potenter cepimus et sic tenemus tamquam bona hostis et rebellis nostri, ita quod cum omni reverentia loca predicta nullatenus ad ipsum

possint spectare, nec pertinere; et cum his et aliis verbis, quae tuae sapientiae videbuntur, subtrahere debeas ista talia de mente sua, si vero pur remaneret constans in sua opinione sua, dicens quod Balsa erat censuarius suus, et quod omni anno sibi dabat certum censum pro locis predictis, tunc respondere debeas, quod nostra dominatio nunquam de terris et locis nostris exhibuit aliquem censum alicui, et propterea perventis dictis civitatibus et terris ad manum nostri domini, ipse sunt libere et franche, et pro ipsis nullum censum ullatenus solveremus alicui, quum autem ipse civitates et loca erant supposita aliis dominis, ipsi poterant facere et disponere de locis predictis ad omne suum beneplacitum; et cum his et aliis verbis persuasivis procurabis remove ipsum dominum Turchum ab ista sua dispositione, quam optinere putamus tua sollicitudine et industria mediante. Quando dominus imperator predictus pur staret constans in volendo censum, quem habebat ab aliis dominis, volumus quod eidem dicere debeas, quod ut sua serenitas videat et patenter cognoscat, nostram perfectissimam sinceritatem, quam ad ipsam portamus, et ut non deficiat, quin bona pax sequatur inter eum et nos, sumus dispositi et placet nobis, in signum bonae et perfectae amicitiae domino concedente perpetuo duraturae, quod omnes et singulae civitates nostrae: Scutari, Drivasti, Dulcigni et aliarum terrarum et loco-



rum nostrorum *Albaniae*, simul dent et consignent seu dari et consignari faciant scudele suae excellentiae, vel quibus duxerit ordinandum, ducatorum *II* mille singulo anno de introitibus locorum praedictorum, et pauciores si poteris obtinere, conditione et pacto expresso, quod idem dominus imperator teneatur et debeat, quotiescunque aliqua gens, cuiuscunque conditionis existat, militaret ad damna territoriorum nostrorum praedictorum ac subditorum, quod tunc ad omnem requisitionem nostri capitanei et rectorum nostrorum, qui eruat in locis predictis, mittere in suum subsidium gentes sufficientes pro succursu et defensione locorum praedictorum.

Preterea cum in partibus et locis subiectis suae magnitudini intelleximus esse quam plures nostros cives et fideles captivatos etc.

Fecimus tibi dare exema ad valorem ducatorum mille . . . . . easdem res et exema eidem domino imperatori et aliis qui tibi videbuntur, pro meliori executione negotii tibi comissi presentare.

Secr. Cons. Rog. Lib III. ch 10.

**CCXXVIII.** 1406. Indict. VII. 18. Maii.

Одговоръ посланицима Србекогъ Деспота Стефана Лазаревића, брата господи Елене а ујака првогъ сына Балше, на више точки.

Capta. Quod respondeatur oratoribus magnifici domini despoti, filii

condam comitis Lazari, fratri et avunculo dominae Helenae et Balsae Strazamiri, ad ambasiatam nobis expositam parte; et primo ad primam partem, per quam dictus dominus effectualiter nos precatur, quod velimus indulgere predictis dominae Helenae et Balsae eius filio, et recipere eos ad gratiam nostram, restituendo sibi loca sua, accepta et acquisita per nos et cet. Quod sicut ipsi magnifico domino dispoti et omnibus dominis de inde notorium esse potest, inter magnificum dominum Georgium Strazamiri, maritum dictae dominae Helenae et patrem dicti Balsae dum vixit, et nos ac nostrum dominium, fuit sincerus et perfectus amor et caritas, nec unquam ulla materia vel causa discordiae inter nos fuit, ymo ipsum semper habuimus in nostrum nobilem carissimum et perfectum amicum, observando sibi integraliter et ipse nobis ea de quibus secum in concordia fueram, quando ad preces et instantiam suam accepimus loca Scutari et Drivasti, pro quibus dabamus sibi omni anno ducatos mille de introitibus locorum predictorum, et ita fecimus et eramus dispositi facere dicto eius filio, nisi mater et ipse fuissent obliti amoris et benivolentiae supradictae, et beneficiorum genitori suo per nos illatorum: et ipsi immemores predictorum, nulla causa a nobis vel nostris precedente, ex arrupto nulla nobis vel nostris no-

ticia data, armata manu et hostiliter loca et terras nostras predictas occuparunt et acceperunt a nobis, propter quod nobis necesse fuit, pro recuperatione locorum nostrorum et conservatione nostri honoris, procedere contra eos, et terras ac loca sua, et fecimus armatam galearum octo, in qua expedimus magnam pecuniae quantitatem, qua armata procedente contra terras et loca eorum et favente domino, iusticiam et causam nostram, licet non fuerit sine maxima expensa ut dictum est et strage nostrorum, nos recuperavimus dicta loca nostra, et acquisivimus sua, in qua acquisitione fuit nobis expediens facere subditis et habitatoribus terrarum multas permissiones, de conservando et defendendo eos toto posse nostro, a quibuslibet ipsos offendere volentibus et de aliis, propter quas cum honore nostro, quem conservare intendimus, nullo modo reliquere, nec alicui dare possemus dictas terras, ymo illas ut promisimus conservare regere et gubernare intendimus; et propterea rogamus ipsum dominum dispoti, quatenus si non complacemus sibi, juxta suam requisitionem, placeat habere nos merito excusatos. Unum tamen contemplatione suae magnitudinis facere volumus, videlicet quod parati sumus oblivisci injuriarum illatarum nobis, et recipere ipsam dominam Helenam et dominum Balsam eius filium, ad nostram gratiam et in nostros benivolos et amicos, volen

do se gerere sicut debent facere illi, qui volunt esse amici et benivoli aliorum, et in casu quo velint se reducere ad habitandum civitatem nostram *Veneciarum*, vel aliquem ex aliis locis nostris in aliis partibus, quam in locis *Albaniae*. providere ita de eis, quod poterunt honorabiliter ducere vitam suam.

Ad aliam partem per quam ipse nobis notificat, quod respectu erroris quem alias commisit, quum *adhasesit Turcho*, dispositus est omnino velle mori christianum et cet. Respondeatur, quod ista sua deliberatio iudicio nostro est sancta utilis et bona, et satis ample persuadere scimus, quod constanter perseveret in illa, quia indubitanter tenemus, quod stante ipso in ista sua dispositione, dominus juvabit, defendet et conservabit eum ab insidiis et oppresionibus *Turchorum* predictorum. Verum quia dicit, quod velimus dare sibi nostrum favorem galearum nostrarum, quae obstant quod *Turchi* transire non possint in *Gretiam*, ad istud dicimus, quod toti mundo notorium est, quidquid fecimus pro defensione et honore fidei catholicae contra *Turchos* predictos, et ita esset semper dispositio nostra, quotiescunque posse facere videremus. Sed veritas est, quod ad presens nostrae galee sint nobis necessariae in aliis arduis factis nostris, ita quod non videmus quia pro nunc ipsas vigilare facere possimus

ad predicta, sine magno disturbio et preiudicio agendorum nostrorum.

Ad aliam autem per quam requirit nobis unam litteram patentem, qua mediante in casu, quo per Turchos oppressus esset, possit se cum suis nobilibus et sua familia ac bonis suis reducere ad terras et loca nostra, Respondeatur, quod licet certi simus, quod istud non occurreret mediante divino auxilio, tamen ob contemplationem suam, sumus parati facere sibi fieri litteras antedictas, veniendo et intrando semper cum securitate locorum nostrorum predictorum.

Illi autem oratori, qui petit pro parte domini Volchi, seu dominae Marae, certam possessionem quae est in Durachio, et similiter certa jocalia, quae hic sunt, quae fuerunt dominae Marae et cet. Respondeatur quod faciemus jocalia praedicta, quae hic sunt, poni in manibus viri nobilis, ser Petri Guoro, et comitemus eidem, quod quociescunque ipsa domina Mara sive dominus Volchus restitui faciet nostris civibus aliquam pecuniam, vel aliqua sua bona intromissa per eum, ipse assignet sibi jocalia antedicta. De domo autem quae est in Durachio, scribemus rectori nostro, quod nuncio et procuratori dicti domini Volchi praedicti seu dominae Marae, facere debeat de dicta domo juris et justitiae expeditum et summarium complementum.

Ad illam vero partem, quam subiunxerunt, quod velimús sibi prebere nostrum favorem, quo mediante possint secure reverti ad suum dominum, cum dubitent de lignis regis Ladslai, quae sunt in Jadra, respondeatur, quod si ad presens galee nostrae forent hic, nos daremus sibi securitatem predictam, sed nos non videmus unum modum istud facere possendi; sed quia nos consideramus, quod lignum cum quo venerunt, est bonum et satis magnum, nos dicimus, quod ponendo ipsum bene in ordine et in puncto, ita quod sit bene copertum, videmus clare, quod secure redire poterunt ad partes suas.

Secr. Cons. Rogat. Libro III. ch. 22. et 23.

### CCXXIX. 1406. Indict. XIV. 8. Junii.

Одговоръ посланицима краља Ладислава Нануљскогъ и Хервое дуче Сплетскогъ, у послу господѣ Блене и Балше, зактевајућимъ да узете одъ ови градове и земљѣ Млетчићи даду Савадау.

Capta. Quod detur responsio ambasiatoribus serenissimi Domini regis Ladislai ac magnitici domini Crauo ye comitis seu duche Spaleti, ad ambasiatatas eorum, per quas in effectu precantur nostrum dominium, quod velimus dare Sandali, qui est dominus in partibus Albaniae. terras per nos acceptas dominae Helenae condam domini Georgii Strazamiri et eius filio Balsae, re-

finendo nobis illas, quas primitus habebamus et Dulcignum, cum ipse dominus rex asserat, dictas terras esse de jurisdictione sua, et dictum Sandali fore sibi subditum, ac suos antecessores dominasse dictis terris et cet. Allegando magnum et singularem amorem, qui est inter ipsum dominum regem et nos, quod dominus rex debet esse certissimus, quod singularis affectio quam gerimus majestati suae. sicut vidisse potuit per effectum, induceret nos tantum ad faciendum de rebus gratis et acceptis suae serenitati, quae cum honore nostro fieri possent, quantum alicuius regis et principis nunc viventis, et similiter faceret caritas quam portamus magnifico domino Crauoie, sed veritas rei est, quod vivente domino Georgio Strazamiri, descendente domini Balsae Strazamiri et aliorum de dicta domo, qui longissimis temporibus dominati sunt dictis terris, et non valente se valere ab insidiis et oppressionibus Turchorum, in quorum manibus de die in diem debere venire et capitare terras suas, ipse cum magna instantia requisivit nos et rogavit, quod vellemus pro honore fidei catholicae, et conservatione tot fidelium animarum, quot erant in illis partibus, accipere terras Scutari et Drivasti cum contrata superiori, quae erat magis ad fronterias Turchorum, et illas ab eis defendere et conservare, quia conservantibus nobis et defendentibus eas, non dubitabat melius et

bene posse alias terras inferiores sibi restantes regere et conservare. Unde nos moti solum respectu predicto, et non alicuius respectus habendi et dominandi tales terras. nec etiam alicuius utilitatis, quia nunquam deo teste quaesivimus nec querere intendimus alienas terras et loca, devenimus secum ad certam compositionem, per quam dabamus sibi omni anno ducatos mille de introitibus de inde, cum aliquibus aliis honoribus et immunitatibus, quos et quas sibi faciebamus et suis descendentibus facere debebamus, et ipse tamquam verus et solus dominus libere dedit nobis terras **Scutari** et **Drivasti** cum patria superiori. quas terras cum tota patria, non sine maxima expensa nostra, cum continue habuimus ibi gentes armorum equestres et pedestres, ac ballistarum; quas terras conservavimus et conservabamus a **Turchis**; et taliter, quod contrata sua inferior et terrae quae remanserant ipsi domino **Georgio**, ab eis modicum ledebantur. Mortuo vero dicto domino **Georgio**, dicta domina **Helena** et eius filius **Balsa**, malo ducti consilio, et istud quia non timebant ita oppressiones **Turchorum**, ut faciebat pater, hostiliter et armata manu, ulla a nobis vel nostri causa precedente, nulla facta nobis nec data nobis notitia, ipsas terras arripuerunt nobis: propter quam causam optantes recuperationem terrarum nostrarum, et ultionem tantae nobis illatae iniuriae, deliberavi-



mus facere armatam nostram marinam et etiam congregationem gentium equestrium et pedestrium, quas misimus ad illas partes cum magna et notabili expensa nostri comunis, quam terrae predictae non forent sufficientes ad solvendum. Unde secutum est, quod prospiciente domino iusticiam et causam nostram, nos ipsas nostras terras recuperavimus nostras terras, et acquisivimus suas, non sine maxima expensa, ut est dictum, et etiam strage civium et gentis nostrae. In qua acquisitione terrarum per nos et nostros, habentes a nobis potestatem, factae fuerunt civibus earum certae promissiones, cum juramentis et solemnitatibus opportunis, de quibus apud eos apparent nostra privilegia, bulla nostra communita, inter quas est ista, videlicet: quod nos promisimus eisdem, ipsas civitates et loca sub nostro dominio regere et gubernare, ac ab omnibus illas offendere et molestare volentibus protegere et defensare, nullique alteri unquam domino tradere et assignare. Quibus omnibus consideratis, quae verissima sunt, et multis aliis, quae dicere causa omittimus, nullo modo videmus, quomodo possemus serenissimo domino regi predicto, et similiter domino Crauoie, sine maxima denigratione honoris et famae nostrae, quae est nobis tantum cara, quam aliqua alia res, complacere de eo quod requirunt, et propterea affectuose precamur, quatenus tamquam sapientissimi, et qui bene omnia ponderabunt, pla-

ceat habere nos merito excusatos; utendo istis et aliis similibus bonis verbis, cum utroque dictorum ambasiatorum, secundum quod cadet in proposito, ut habeant causam remanendi melius contenti de nostra responsione.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 25. et 26.

### CCXXX. 1406. Indict. XIV. 12. Junii.

Закључено, посланику господне Марје предати оне драгоцености, које су биле негда господне Тодоре, и дати јој писмо отворено за Млетачке области, као што је дато деспоту Стефану Лазаревићу.

Capta: Quod ut ambassator dominae Marae, qui venit ad nostram praesentiam principaliter pro habendo illa jocalia, quae fuerunt domine Todorae, recedebat bene contentus, ordinetur: quod sicut captum erat, quod ipsa jocalia poni deberent in manibus viri nobilis ser Petri Guoro, qui ipsa assignaret eidem, quin satisfactum esset illis nostris civibus, qui debent habere, et dictus ambassiator asserat, quod iam debet esse satisfactum civibus nostris, quia terminus jam lapsus est, et ipsa domina credat dicta jocalia esse magni valoris, nec sunt majoris extimationis ducatorum: ·II· centorum, dicta jocalia dare debeant isti ambasiatori suo, ut ipse ferat dictae dominae praedicta jocalia et recedat bene contentus.

Insuper quia dicta domina requirit, quod in casu quo ipsam oportebat exire de terris

et locis suis, concedatur eidem de gratia, quod possit venire et se reducere. ad terras et loca nostra. Vadit pars: quod sibi fieri debeat una littera patens, vigore cuius possit in dicto casu se reducere ad terras et loca nostra, per eum modum et forma, quibus ordinatum est. de domino disposito Stefano, filio condam comitis Lazari.

Misti del Senato XLVII. ch. 52

### CCXXXI. 1406. 12. Junii.

Посланицима краля Неапольскогъ Ладислава и Хервое одговорити, да Млетчиин засадъ немогу известанъ одговоръ дати на нъово то захтеванъ, да се уступи Будва Сандалу.

Capta. Quia oratores domini regis Ladislai et similiter Crauoje, audita responsione nostra pridie eis facta, secundum quod fuerat per nostra consilia deliberatum, replicare et dicere habuerunt, quod placeret nostro dominio, considerato quod Sandal alias fuit dominus Bude et habuit dominium eius, et quod nos ipsum ita vocamus dominum Budae in privilegio nostro civilitatis, dare et concedere sibi dictum locum, et sic dixerunt de tribus vel quatuor villis quas tenemus, quas dicunt esse et spectare ad dominium et iurisdictionem Catari, cuius ipse est dominus; et veritas sit, quod pro nobis et dominio nostro non faciat ita ex arupto dare determinatam responsionem oratoribus predictis, sed expectare et videre,

in quibus terminis remanebit orator noster cum Turcho; considerato etiam quod ipse Turchus et similiter dispositus Slavoniae (sic, loco dispotus) et domina Mara requisiverunt nobis similiter dicta loca, considerato etiam, quod non est danda dicta responsio, nisi habeatur bona informatio a rectoribus nostris de dictis factis; vadit pars quod respondeatur dictis oratoribus quod sicut sibi pridie diximus, dominus rex et similiter Crauoia, debent esse certissimi, quod in his quae cum honore nostro possemus, complaceremus libenter eis, sed veritas est, quod non habemus illam plenam informationem quae necessaria foret, in factis predictis; sed nos mittemus de brevi de nostris nobilibus ad illas partes, qui videbunt dicta loca, et accipient plenam informationem omnium predictorum, qua habita nos postea faciemus ipsi domino regi et similiter Crauoie illam responsionem, quae erit rationabilis et honesta, aut per nuncium aut per litteras nostras.

Secr. Consil. Reg. Lib. III. ch. 27.

**CCXXXII.** 1406. Indict. XV. 30. Decembris.

Заклучено: позвати неке властеле у сенатъ, да даду своє мненіє о стварима тичућимъ се гошкос Елене и енна нѣпогъ

Балше, како бы се могао одговоръ дати посланицима овимъ.

Capta: Quod ut possit dari expeditio istis ambaxiatoribus dominae Heleneae Stra-

cimir et filii sui Balsa e, ad ea quae ipsi requirunt parte eorum, viri nobiles ser Johannes Capello, ser Benedictus Contareno, ser Marcus Barbadico et ser Franciscus Quirino, qui sunt informati bene de conditionibus et factis illarum partium, possint venire stare arregare et dicere opiniones suas in isto consilio rogatorum, quandocumque tractabitur de factis praedictis, non ponendo ballotam.

Misti del Senato XLVII. ch. 89.

**CCXXXIII.** 1406. Indict. XV. 30. Decembris.

Условія подъ коима су готови Млетчиѣи помирити се са госпоюомъ Еленомъ и снномъ пѣрнимъ Балшомъ, кои преко свои посланика моле, да ѣи приѣме Млетчиѣи на милость.

Capta. Cum sit danda expeditio oratoribus dominae Helenae Straçamiri et Balsa e eius filii, qui fuerunt hic iam multis diebus, et multum sollicitant expeditionem suam, considerato quod illi qui fuerunt deputati sibi auditores, fuerunt pluries cum eis, et habuerunt eorum intensionem, quae esset: quod dominatio nostra dignaretur indulgere eis, et recipere ipsos ad gratiam suam, providendo, quod habeant pro suo reductu de gratia speciali locum Drivasti et Budvam, et aliqua casalia, quae sunt subtus Dulcignum, ducatos mille; nam intedunt esse et

erunt semper fidelissimi servitores nostri. Vadit pars, consideratis etiam terminis in quibus sunt dictae partes, et expensa maxima, quam ibi facimus sine aliquo fructu, et facere oporteret et tamen dubium est, quem finem caperent finaliter dicta loca; quod respondeatur et dicatur oratoribus antedictis per dominium, cum illis bonis et utilibus verbis quae videbuntur, quod ipsi vident et cognoscunt, quantum domini sui, non memores beneficiorum marito et patri suo illatorum, qui totaliter venisset in fortiam Turchorum, nisi fecissemus intromissionem, quam fecimus de locis illis, quae erant in fronteriis eorum, hostiliter et armata manu, nulla a nobis vel nostris causa precedente, acceperunt nobis dicta loca, sed Christus, qui est iustus iudex, dedit nobis gratiam, quod non solum ipsa recuperavimus, sed acquisivimus sua, ut ipsi et ceteri exemplum caperent, contra fidem suam et contra jus et iusticiam nolle capere aliena loca. Et certe si respiceremus ad nequitiam suam, et mala opera sua, nullo modo ipsos ad gratiam caperemus, ymo ubique persequeremus, velut capitalissimos inimicos; sed nos volumus imitari naturam nostram et mores antecessorum nostrorum, qui semper sciverunt et parcere voluerunt, ut Christus nos et statum nostrum protegat et defendat; ac conservet, ut hucusque fecit felicibus in clementis, et dicimus quod simus contenti dictos dominam **Helenam**

et filium dominum **Balsam** recipere ad gratiam nostram, et oblivisci injuriarum nobis et nostris illatarum. Et ultra hoc ex ampliore benignitate nostra, ut possint ducere vitam suam, collegium domini, consiliiarii capitum et sapientes consilii et ordinum, habeant libertatem, faciendo quam melius poterunt pro nobis, promittere possendi, quod de introitibus locorum de inde, dentur sibi omni anno ducati mille, uti fecimus domino **Georgio** patri et marito suo, et ultra hoc pro sua habitatione, ut secure possint stare cum personis et familiis suis, locum **Bude**, cum jure et iurisdictionibus suis, et ista donec erunt fideles filii et servitores nostri, nec facient nec tentabunt aut fieri et tentari aliquid facient, contra nos vel statum, terras et loca nostra. Et si dicti oratores volent acceptare istam benignitatem et gratiam nostram bene quidem, quando autem acceptare nolent, dicatur eis, quod qui noluerit benedictionem prorogabitur ab eo, et quod aliud facere sibi nolumus, et quod possint ad benplacitum suum ire pro factis suis.

**Ser Rambertus Quirino** sapiens consilii vult partem sociorum suorum usque ad illam particulam, in qua fit mentio, quod sumus contenti recipere ipsos dominos ad gratiam nostram, sed vult, quod postea subiungatur eis, quod ut videant per effectum istam nostram intencionem et dispositionem, sumus contenti, quod in casu quo velint venire **Vene-tias**

ad habitandum, vel ad aliquam aliam ex terris nostris, quod promitti possint predictis usque ad quantitatem ducatorum ·MM· omni semestri medietatem, habitando ubi voluerint extra territoria nostra, providere taliter de vita eorum et suae familiae, quod honeste poterunt ducere vitam suam, et quod poterunt bene et rationabiliter contentari, et si de ista nostra responsione remanebunt contenti bene quidem, et in isto casu fieri debeat ut superius dictum est et promissum, si autem non forent contenti, tunc dici eis debeat, quod aliam responsionem sibi dare cum honore nostro non possimus, sed certe iudicio nostro pro dictis dominis faceret contentari de ista nostra responsione et oblatione.

Secr. Cons. Rogator. Lib. III. ch. 51.

**CCXXXIV.** 1406. Indict. XV. 4. Januarii.

Закључено пристати на то, да еданъ посланикъ Балшиѣ отиде до своѣ господаря, да му предложи на одобрениѣ условія помирења, на коя Млетчиѣ пристаю.

Quia de mandato domini, viri nobiles ser Franciscus Cornaro caput consilii et ser Johannes Capello, qui tractaverunt cum ambasiatoribus Balsae Straçamiri et dominae Helenae eius matris, ea pro quibus venerunt ad presentiam nostram, dixerunt eis illa quae capta fuerunt in rogatis; qui illis auditis finaliter dicere habuerunt,



quod inspecta libertate sua, videbant non posse acceptare oblationem sibi factam, nisi iret unus eorum personaliter ad ipsum dominum suum et rediret. Sed sperabant ymo indubie tenebant. quod ipse dominus suus, dominus Balsa, acceptaret gratiam nostram et vellet esse et remanere filius et servitor nostri dominii, ad quae verba et quam requisitionem, dicti nobiles noluerunt sibi dare responsionem sine licentia dominii et istius consilii. Vadit pars: considerato quod honeste istud denegari non posset, quod dici sibi debeat, quod postquam ita placet eis, placet etiam nobis, sed ex nunc nos dicimus, quod volumus remanere in libertate nostra, sicut ipse dominus est in sua, ita quod in reditu illius qui ibit, utraque pars remaneat in sua libertate, et tunc in reditu suo venietur ad istud consilium, et providebitur et fiet, secundum quod captum et deliberatum fuerit, per istud consilium rogatorum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 51.

**CCXXXV. 1407. I n d. XV. 7. M a r c i i.**

Дае се власть коллегію дуждоломъ, да може све што е луждно предузети и заключити ради помврениа съ Балшомъ, ерѣ су места освоена у Албаниа степенъна одъ нѣгове войске у великой опасности.

Capta, Quia sicut habetur per litteras rectorum nostrorum partium Albaniae, et specialiter loci Antivari, et etiam clara

habetur informatio per ambasiatores dicti loci, qui nuper venerunt ad nostram presentiam, et ab aliis personis, ipsa loca compelluntur in tantum et molestantur a gentibus Balsae et Albanensium ac Turchorum, quae omnia quasi procedunt ex malo animo et intentione Balsae, quod nisi adhibeatur remedium, in dando subventionem seu providendo de locis praedictis, ipsa loca subiacebunt manifesto periculo, et viam provisionis et modum habilem habere pensemus cum meliori avantagio nostro, quam mittere gentes armorum ad illas partes, sed non sit bonum propalare hoc, ut ipse modus consequatur meliorem effectum; vadit pars, quod collegium domini, consilarii capitum et sapientum consilii et ordinum, habeant libertatem, ad provisionem dictorum factorum, practicandi, tractandi et concludendi per omnes illas vias et modos, qui et quae ipsi collegio seu maiori parti videbuntur, pro meliori executione rei et agendorum de inde, ac conservatione nostri status.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 57.

### CCXXXVI. 1407. 15. Decembris.

Наређуе се, да дуждовъ колегиум може са посланицима Хервос и Саудали уговорати, преко свог одређени чланова, о предложено иети, кои обеђу да помажу Млетцима, бранећи отете одъ Балне землѣ противъ овога, ако они даду Саудалу Будву и Антивари.

Capta. Quia quae proponuntur nostro dominio pro parte Creuoye et Sandali,

super facto habendi a nobis **B u d u a m** et certum alium locum nostrum, ex his quae acquisivimus de manibus **B a l s a e S t r a ç i m i r i**, videlicet **A n t i v a r i**; et super aliis capitulis expositis per ipsos, offerendo se de volendo cum gentibus suis conservare reliquas terras nostras, omnibus suis expensis, sunt talis naturae, quod super illis est habenda bona advertentia et consideratio, ac bene videre, tractare et sentire vias, modos et ordines, cum quibus vellet attendere ad istud factum; Vadit pars: quod collegium domini, consiliarii capitum et sapientes consilii et ordinum, habeant libertatem possendi deputare oratoribus eorum auditores, aliquos ex illis de dicto collegio, qui habeant potestatem essendi cum dictis semel et pluries, audiendi praticandi et tractandi omnia illa, quae sibi videbuntur utilia et necessaria, pro bona conclusione agendorum predictorum, non possendo tamen aliquid concludere nec firmare, sine deliberatione et voluntate consilii rogatorum, quae deliberatio quando fieri debet, dabitur etiam responsio aliis capitulis expositis per eosdem

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 83.

**CCXXXVII.** 1407. Ind. I. mense Junii.

Заклученъ мира између Млетчиѣа съ едне, и госпоє  
Блене и сина юй Балше съ друге стране.

In Christi nomine amen. Anno nativitat-  
is ejusdem millesimo quadringentesimo sep-

timo mense Iunii. Indictione prima. Ad maritimam **Antibari** prope flumen **Xelesnice**. Presentibus nobilibus viris **vaivoda Nicola Zaulo** et **Cursachio**, viro domini comitis **Teopie Raico Moneta**, **Tadeo de Crispis** et **Marino Karoli** mercatoribus **Venetis** in **Dulcineo**, ac nobis notariis infrascriptis. Ibiq̃ue magnifica domina **Helena** filia quondam magnifici domini comitis **Lazari**, et consors quondam magnifici domini **Georgii Stracimiri**, et magnificus dominus **Balsa** filius supradictorum quondam domini **Georgii** et domine **Helene**. **Avidi effici boni filii** et **devoti amici serenissime ducalis dominationis Venetiarum**, uti fuerunt progenitores sui, venerunt ad infrascriptas compositionem, conventionem et pacem cum spectabilibus et nobilibus viris, domino **Roberto Mauroceno** et domino **Jacobo de Ripa** milite, nomine suprascripte dominationis **Venetiarum**, provisoribus sindicis et procuratoribus in partibus **Albanie**, sicut videtur per instrumentum sindicatus a nobis notariis visum et lectum, scriptum manu **Johannis de Bonisio de Venetiis** imperialis notarii, bullatum bulla plumbea. Qui tamquam procuratores et syndici domini **Venetiarum** predicti convenerunt et promiserunt dictis domine **Helene** et domino **Balse** nomine proprio, et similiter prenominati domina **Helena** et dominus **Balsa** convenerunt et promiserunt dictis dominis provisoribus nomine domini **Ve-**

neciarum predicti, sicuti continetur et apparet per subscriptas conventiones et capitula. Et primo dicti domina Helena et dominus Balsa fuerunt contenti et promiserunt, sunt contenti, atque promittunt nomine suo proprio, causa levandi omnem scandalum vel errorem, qui fuissent vel esse possent inter aliquam partium, dare et facere consignari in manibus supradictorum sindicorum vel aliorum, nomine dominationis Venetiarum, omnes villas, aquas, insulas, terras, domos, nobiles viros, habitatores, rationem et pertinentias, que spectarent vel possent spectare aliquo modo prefate dominationi Venetiarum, de eo quod sibi fuit consignatum per bone memorie dominum Georgium Stratimir, cum illis conditionibus et modis qui pertineant ad territorium Scufari et Drivasti libere et sine contradictione, et renuntiare omnibus rationibus quas dicta domina Helena, et dominus Balsa haberent vel aliquo modo habere possent, in locis et pertinentiis supradictis, ratificando, et confirmando sine aliqua contradictione, et omnia loca, et pertinentias supradictas secundum quod bone memorie dominus Georgius ipsa dedit dominio Venetiarum predicto. Item quod omnes pertinentie et confinia Dulcigni libera sint dominationis Venetiarum. Et Antivarum secundum conditionem quam fecimus usque in diem presentem. Et predicti dominus Robertus et dominus Jacobus nomine dominationis supradicte.

volentes ostendere gratiam, et benignitatem dominationis, promittunt dare et consignare predictis domine Helene et domino Balse vel alteri ipsorum nomine. castrum et civitatem **Budoe** cum omnibus suis pertinentiis, declarando quod propter confirmationem dicti amoris et pacis, dictus dominus Balsa est contentus, et vult venire Venetias cum dictis dominis provisoribus, habito consilio domini **dispoti**, et domine **Mare**, ad presentiam dominationis, ad petendum gratias que sibi videbuntur, acceptando gratiose id quod sibi dominatio; intelligendo quod **Saboiana** debeat manere sicut manet, donec dominus **Balsa** habuerit a dominatione gratiam que sibi videbitur. Et intelligatur, quod tempore quo ascendet dominus **Balsa** galeam causa eundi Venetias, altera pars alteri et altera alteri consignabitur vel faciet consignari omnia suprascripta, que fuerit assignanda, quorum supra est facta mentio. Et est sciendum quod omnes cives et habitatores locorum, que altera pars tribuet alteri, recipiantur ad gratiam, et sibi pareantur, et quod omnes captivi utriusque partis liberentur, et similiter remittantur omnes offense, quas aliquo modo fecerit altera pars alteri. Ac bullatis et factis presentibus scripturis ac factis sacramentis a partibus, intelligatur de presenti, et habeatur pro firmo esse factam bonam et perfectam pacem. Et quod abinde citra, utraque partium predictarum et earum subditi, possint ire stare

practicare mercimoniari et conversari in terris utrinque, cum earum personis et bonis tute et libere, ac tractari ut boni amici, non intelligendo in his personas bannitas, ac debeat utraque partium facere proclamari in die sancti Johannis proximo, scilicet lune die vigesimo mensis presentis, in omnibus suis terris et locis publice, quod facta est bona et perfecta pax. Ac fiat ratio cujuscunque debiti, quo aliquis subditorum partium deberet habere a subditis alterius temporibus lapsis, promittentibus ad invicem dictis partibus, non deviare nec auferre aliquo modo subditos alterius, ac non acceptare verba alicujus pravi, qui vellet ponere scandalum aut discordiam inter partes, imo facere punitionem de talibus, sicut erit iustum. Non faciendo aliquam stricturam vel devetum subditis alterutrius partium, imo cum amplis libertatibus stetur in bona compositione et tuta pace, sicut tempore bone memorie domini Georgii Stracimiri. Et quod subditi ab altera alteri non auferantur. Promittentes dicti domina Helena, et dominus Balsa suo nomine proprio, et dicti dominus Robertus Mauro, seno, et dominus Jacobus de Ripa miles nomine domini Venetiarum predicti, altera pars alteri, et altera alteri, cum solemnibus promissionibus omnia predicta, et quelibet predictorum, plene et sine contradictione adimplere, et observare, et non contrafacere ipsis, vel alicui ipsorum, aliquibus ratione causa

modo vel ingenio, sub pena ducatorum quinque millia auri dandorum, et solvendorum a parte non observante parti que observabit, totiens quotiens predicti aut alicui predictorum esset quomodolibet contrafactum. Nichilominus remanente presenti scriptura in pleno vigore et robore. Promittentes etiam dicti domina Helena et dominus Balsa, dictis domino Roberto, et domino Jacobo nominibus quibus supra, obligare et facere obligari magnificos dominos, dominum dispotum, dominum comitem Theopiam, et dominam Mararam, ad faciendum quod dicti domina Helena et dominus Balsa obtinebunt, et observabunt omnia supradicta, et erunt obsides de hoc sub pena predicta. Et mittent hinc ad unum mensem proximum, literas bullatas eorum sigillis, per quas ipsi se obligabunt. ut superius dictum est. Promittentes etiam dicti domina Helena, et dominus Balsa, quod supradicta, et quelibet predictorum confirmabit dominus Balsa Venetiis nomine suo et dicte domine Helene. Et de hoc fieri possint unum vel plura publica instrumenta, sicut aderit opportunum.

Ego Jacobus de Languschis de Venetiis quondam Johannis de Papia, publicus imperiali auctoritate notarius et cancellarius pre-nominatorum dominorum, omnibus predictis dum agerentur et fierent presens fui, et rogatus a partibus supradictis, presens instrumentum manu propria scripsi. et posui me-



um consuetum signum in testimonium omnium predictorum.

Commemoriale X. ch. 73.

**CCXXXVIII.** 1407. Indict. I. II. Octobris.

Заклучено дати помошь и месечну пензию некимъ Скандрианама, кои су воевали на страни Млетчиѣа противъ Балше, па су были заробљени и осакаћени по заповести Балше.

Cum accesserit Venetias quidam Descus filius Cressiae de Scutaro, ad praesentiam dominationis nostrae, qui dedit castrum Dulcigni, nobili viro ser Marino Caravello, nunc capitaneo nostro Culphy, qui viriliter expugnando contra gentes Balsae, pro honore dominationis nostrae, fuit acriter percussus, ex qua percussione cecidit ab equo, ex quo captus fuit et ductus ad praesentiam dicti Balsae, qui sibi fecit amputari manus pedem et nares, propter quod petat de gratia a nostro dominio, quod subveniatur sibi, ut possit sustentare vitam suam; Vadit pars: quod propter sua bona portamenta et pro sustentatione vitae suae, et ut detur exemplum aliis faciendi honorem nostri domini, et considerato, quod quum fuit captus a gentibus Balsae ut profertur, nullum praemium a dominio nostro habebat, detur sibi hic in Venetiis, ut possit repatriare, ducati duodecim auri de pecunia nostri comunis, et yperpera duodecim singulo mense de introytibus Scu-

tari, ut possit sustentare vitam suam, ut pium et justum est, et hoc ad beneplacitum domini.

Et similiter dentur ducati XII. hic in Venetiis, et yperpere XII. quolibet mense de introytibus Scutari, Alexio Camesa, qui viriliter expugnando cum inimicis, fuit captus et ductus ad praesentiam Balsaе, qui sibi fecit amputari, nasum lingvam et unam manum; revocando omnem aliam provisionem sibi promissam. et hoc ad beneplacitum domini.

Misti del Senato XLVII. ch. 145.

**CCXXXIX.** 1408. Indict. I. 6. Junii.  
in Durachio.

Уговоръ мира између Млетчѣна и Балше Сраци-  
мировогъ.

Instrumentum pacis facte cum domino Balsa Stracimir, mediatione comitis Nichete, habentis auctoritatem a Balsa predicto.

In nome de Cristo. Amen. In l' anno de la nativita de quello MCCCVIII, prima indicione, a di VI del mese de Zugno. Jo Giacomo da Riva chavalier, per la illustrissima ducal signoria de Veniexa sindaco e provededor in le parte de Albania, in semble cum el nobel homo misser Ruberto Morexini, el qual a le infrascripte cose fo absente siando romaxo a Scutari, per certa bona caxon, habiando a trattar le sotto ditte cose plenis-

sima liberta e comandamento insolidum, como apar per un instrumento de sindicado e procura, fatto per man de Zuhane fo de ser Nicolo de Bonixe de Veniexa, per imperial autorita noder publico, in l' ano de la nativita de Cristo mille quatrocento otto, a di XXII del mese de Fevrer, e scrivan a la corte dogal del illustrissimo et excelso signor messer Michiel Sten, per la dio gratia doxe de Veniexa e da i suoi conseij, como plenamente in quel se leze, e da mi noder infrascripto vezudo e letto, cognosando la benignita de la sovra ditta excelsa dogal signoria de Veniexa, la qual sempre fo plena de misericordia e per reverentia e preghiere e per l' amor del magnifico signor messer lo conte Theopia, si como sindaco e procurador de la prelibata signoria, in luogo e per nome de quela, recevo i magnifici, e nobel dona, madona Helena fia fo del conte Lazaro signor de Sclavonia, e dona fo del magnifico signor Zorzi Stracimir dela parte de Zenta, e Balsa so fio, con tutti suo subditi, in gratia amor, concordio, paxe e dilection de la excelsa e potente nominada, remetando ai preditti madona Helena e Balsa, et ai suoi subditi tute inzurie, et offexe, che hanno fatto ala preditta signoria, et a suo subditi, dessiguando, o veramente fazando designar a i preditti madona Helena e Balsa so fio o altri per lor, sotto specia d' amor e bona di-

letion, **B u d o a** cum le so pertinentie, et a quelli madona **Helena** e **Balsa** far dar oltra de questo, de le intrade de **Scutari** ogni ano ducati **M. Vcento** doro, in do pagamenti, zoe la mita in la festa de nadal, l'altra mita in la festa de sancta **Maria** de avosto, que lo e sta ditto pronunciado et arbitraria mente sentenciado, como qui de sotto apar, per lo magnifico signor misser lo conte **Theopia** et per lo nobel et egregio homo messer **Piero Rimondo**, per la ducal signoria de **Veniexa** bailo e capitano de **Durazo**, sindici e procuratori per i ditti madona **Helena** e **Balsa** costituiti, la qual pronunciacion et arbitraria sententia siegue in questa forma de verbo ad verbum.

In nome de dio. In l'anno de la nativita di quello mille quattro cento e otto, a di **VI Zugno**, prima indicion. Nui conte **Theopia** signor del **Albano**, e **Piero Rimondo** per la excelsa ducal signoria de **Veniexa** bailo e capitano de **Durazo**. **Zudexi** et arbitri eletti per la magnifica dona madona **Helena**, fia del signor conte **Lazaro** signor de **Sclavonia**, e dona fo del signor **Zorzi Stracimir** signor de le parte de **Zenta**, e per lo magnifico signor misser **Balsa**, fio del ditto signor misser **Zorzi**, e de madonna **Helena** preditti, a meter paxe e concordio de tute le discordie, differentie, che tra la prelibata ducal signoria de **Veniexa**, e i preditti madona **Helena** e **Balsa**, come apar per una carta de

sindicado a plen mandada a nui conte Topia e Piero Rimondo per li preditti madonna Helena e Balsa so fio, scripta in letera sclava, e bollada de la so bolla, translatada in latin como qui de sotto se contien. Nui Helena fia che fo del signor conte Lazaro signor de Sclavonia, e fu dona del signor Zorzi Stracimir signor de le parte de Zenta, e mi Balsa fio del ditto signor Zorzi e de madona Helena. A cadaun che vedera questa letera honorevol salute.

Sapia che per li tempi passadi, cum la excellentissima ducal signoria de Veniexa manda li suo proveditori, signor Ruberto Morexini e signor Giacomo da Riva chavalier, per mo in questa parte per la paxe e concordio, e perchi semo contenti metemo da nostra parte a questo fatto ch i possa condenar e far, e che definiscano tute queste cose soraditte, el signor conte Topia, el signor Piero Arimundo da Veniexa bailo e capitano de Durazo e del so distretto. E perche el ditto signor da Veniexa e plen de raxon e fama la qual ha cum lui senza nissuna nostra contradiction, tanto quanto le nostre persone proprie, sopra la nostra fe, e per tute queste cose sovrascripte comandassemo a scriver questa nostra litera per lo nostro cancelier, in la nostra corte Berislavichi, ala nativitate del nostro signor Yesu Christo, MCCCCVIII indicion prima, adi VII Mazo, e per plu confirmation de questa letera, la fessemo bollar

de nostra bolla. E pertanto. Nui conte Teo-  
pia e Piero Pimondo zudexi e sindici eletti  
per i ditti madona Helena e Balsa so fio, co-  
mo apar per lo ditto so sindacado, scripto de  
sovra, vojando tuor via tutte le differentie,  
desinsion, e discordie che ha i preditti mado-  
na Helena e misser Balsa so fio, cum la pre-  
fata signoria de Veniexia, e per vigor de la  
libertade podesta e bailia a nui per i dicti  
concessa e tribuida, invocando il nome de  
Cristo e de la soa gloriosa madre madonna  
Santa Maria, voiando seguir in tutto e per  
tutto quelle cose siano salute magnificentia  
e grandeza et exaltation de la preditta sig-  
noria, etiamdio quelle cose sia salute de li  
ditti madonna Helena e misser Balsa, deter-  
minemo sententiemo e distinimo, che la ditta  
madonna Helena e Balsa so fio, debia recever  
gratia e paxe e concordio da la excelsa sig-  
noria de Veniexa, over dal Nobel homo mis-  
ser Ruberto Morexini, como apar per lo ditto  
sindicado, scripto per man de Zuhanne fio fo  
de ser Nicolo de Bonixe da Veniexa, per au-  
torita imperial noder publico, a di XXV Fevrer  
MCCCCVIII prima indicion, e da mi noder in-  
frascritto vezudo e letto, bollado de la bolla  
de san Marco de plombo, habiando cadaun  
de lor liberta insolidum sora de questi fatti,  
el qual misser Ruberto fo absente a le pre-  
dritte cose. siando romaxo ale parte de Scu-  
tari per bona caxon, e che i ditti madonna  
Helena e Balsa debia lassar per questo muodo

liberamente tutti i luoghi terre ville casali fameie e zentilhomeni, al presente i tien in le parte santa **Maria de Rotezo**, cum i suo boni et confini, videlicet case terre et homeni, e quanto la ditta chiexa de possieder, de raxon andando suso el passo de **Suterman** per i confini de **Rotezo**, e de quel passo non se impazar per alcun muodo, e da **Suterman** fina ad **Antivari**, e da **Antivari** vignando e circumdando da le parte del mar verso **Dolcegno**, infina la **Boiana**, vignando per suxo per lo fiume e per la riva del lago, infin ascendando per mezo **Suterman**, cum tutte terre luoghi forteze casali boiari inesse, cussi in monte como in pian, infra questi termeni e contrade. E da l'altra parte veramente de la **Boiana** comenzando da **Lupoglavo**, vignando verso **Alesso**, tutto el lago isole castelli fortecce e terre domination, cussi al monte como al pian, e quanto se contien per publici istrumenti, fatti tra la prefata signoria de **Veniexa**, e el magnifico signor misser **Zorzi Stracimir** se padre, da qual tuti luogi non se possano ni debiano impazar. E se alcuna cosa de quelle tegnisse al presente, che libera mente e senza alcuna altra contradicion debia relassar, dar e consignar ala prefata signoria de **Veniexa**, over ai suo provededori o a suo comessi.

Fazando dar e consignar la prefata signoria de **Veniexa**, over in suo provededori prenominati. per nome de la ditta signoria

de Veniexa, ai ditti madona Helena e Balsa, el castel de Budoa cum tutte le so raxon, e pertinentie dentro e de fuora, cum tutti i suo homeni boiari casali terreni e ville, romagnando ai preditti madonna Helena e Balsa, da le confine sovradicte de madonna sancta Mara de Rotezo verso i Pastrovichi e Budoa e Lustiza e le saline cum tutta la parte de la Saboiana, Zenta de sovra, e oltra de quello de dari e fari dar ogni anno de le intrade de Scutari ducati mille e cinquecento dorro; ricevando la prefata signoria de Veniexa i ditti madonna Helena e Balsa in la so benignita e gratia, et alor perdonar et remetter tutte le ofese et inzurie, fatte per i ditti madona Helena e Balsa ala prelibada signoria de Veniexa e so luogi e subditi. Ancora che tutti i prioni tien le parte preditte, debiano far liberamente relassar, e che nissuna de le parte non debia tuor li buiari e fameie lun a latro, e che infra XV di proximi, le parte preditte debiano haver consignado luna a laltra libera mente tutte le cose preditte secondo como de sovra e scripto, da puoche i haveianno zurado. E per observation de le preditte cose, e zascuna de quelle, zoe che li ditti madona Helena e Balsa prometera e zurera de mantegnir et osservar bona paxe a la prefata ducal signoria de Veniexa, et ai suo luogi e suditi, e dar per segurta i magnifici signori miser lo dispoti Stefano so barba, madonna Maria dona fo



del magnifico miss er Volco, Thodoro Cauora signor de Belgrado, Juan Castriothi e Mirchsta signor de la Vallona. E mi conte Topia so suoxero, me obligo, che i ditti madona Helena e Balsa, osservera e fara oservar tute le cose predicte, sotto pena de ducati M Vcento doro da fie dada e pagada ala parte, che osservera per la parte che non osservera o osservare non fara. I qual prenomnadi misser Giacomo da Riva chavalier, como sindaco e provededor de la prefata ducal signoria de Veniexa, da una de le parte, et magnifico signor conte Topia et nobel homo misser Piero Rimondo como zudexi arbitri de i preditti madona Helena e Balsa da laltra parte, i qual insembre zura e se impromette de mantegnir et osservar una parte alaltra, e l'altra al altra, tutte le cose sopraditte ai termeni preditti, sotto obligacion di beni di so principal presente, e che die vegnir, si mobeli como stabeli, sotto la pena predicta da fir dada e pagada, como e ditto de sovra, promettando a mi noder infrascripto como publica persona, per nome et in luogo de ogni persona a chi spectasse o possesse spectar in futurum, de oservar, et attender le cose predicte cum tutte le renunciacion et obligacion che aspetta a la raxon, reservando a i dicti madonna Helena e misser Balsa, de posser domandar tutte quelle gratie i paresse a la prefata signoria de Veniexa.

Actum extra **Durachium** prope ecclesiam sancti **Laurentii**, sub tentorio predicti magnifici domini comitis **Tobie**, presentibus reverendo patri domino minori dei gratia episcopo **Durachiensi**, **Johanne** episcopo **Scutariensi**, **Feldo** stipendiario in **Durachio**, **Chursachi** buiario predicti domini comitis, et **Petro** Ungaro stipendiario **Scutari**, testibus ad hec vocatis, et aliis.

Subscriptio greca manu comitis **Niche te**.

Mi **Piero Arimondo** zudese arbitro in compagnia cum el ditto miser lo conte, a tute le cose sovraditte me scrissi de mia man e meto la mia bolla.

Comemorale X. ch. 71.

## **CCXL. 1408. 8. Novembris, in Godeigne.**

Отворено писмо, коимъ господа Елена и Балша прогланую и объявлюю своимъ поданицима, да с утврђенъ миръ између нли и Мистака.

**Litera aperta facta a domina Helena et Balsa de observatione pacis.**

Nui madona **Helena** consorte, e **Balsio** del magnifico signor misser **Zorzi Stracimir**, femo assaver a tutti li nostri subditi, ufficiali e zentilhomeni nostri, che ben che mi **Balsa** non vada a **Veniexa**, a la presentia de la nostra ducal signoria, si como fo ditto cum li magnifici signori providitori, nui semo in accordo cum lor, che la pase sia bona e ferma. cussi per una parte e

per l'altra se debia osservar fra la dicta signoria, e soi subditi e nui, et che ogni homo possa liberamente andare, e far li fatti soi, e zascadun star si como stette in questo tempo passado da pui fatta la ditta paxe. E per fermeza mettemo la nostra bolla, dada in Godigne a d. VIII de Novembre MCCCCVIII.

(Autenticum pacis preditte cum bulla Balse, et litera autentica supradicta cum bulla, tradite fuerunt viro nobili ser Francisco Justiniano, die XXI Marcii 1409.)

Commemoriale N. ch. 73.

**CCXLI.** 1408. Indict. II. 20. Januarii.

Наставленъ за посланика Млетачкогъ Бенедикта Контарена, кои ће њни къ деспоту Стефану и госпои Мари, у послу госпои Елене и Балсе.

Quia est necessarium respondere, circa responsionem factam a *ambassiatoribus* dominae *Helene* et *Balsae*, qui fuerunt ad nostram praesentiam, quibus responsum fuit: quod pro confirmatione eorum quae tractata fuerunt per nostros provisores cum *Balsa* predicto, mitteremus ad praesentiam despoti et dominae *Mariae* nostrum ambassiatores, qui ambassiatores cum ista nostra responsione recesserunt pro redeundo ad *Balsam* predictum. Vadit pars: quod comittatur et mandetur nobili viro ser *Benedicto Contareno*, comiti et capitaneo nostro *Scutari*, quod recepto nostro mandato, cum nostris litteris credentialibus,

intelligendo se, quod **Balsa** et domina **Helena** similiter mittant suos ambaxiatores ad presentiam domini despoti, ire debeat ad dictum dominum despotum et dominae **Marae**, et facta amicabili salutatione et oblatione, eis exponere, ea quae a nobis requisiverunt ambasiatores **Balsae** predicti, et responsionem quam eisdem fecimus, quarum requisitionis et responsionis copiam sibi mittatur pro sua informatione. Et subiungere quod nostra dominatio, considerato fraterno amore et perfecta amicitia vigente inter dominum despotum et nostrum dominium, nullum habens respectum, quod **Balsa** non observaverit, sicut promiserat per pacem factam et firmatam inter ipsum et provisos nostros predictos, pro contemplatione suae magnificentiae, sequentes mores nostros in obliviscendo iniurias receptas et volendo unumquemque ad gratiam reducere, sumus contenti coram magnificentia sua ratificare et aprobare pacem, factam inter dominam Helenam et **Balsam** ex una parte et nostros provisos ex alia, observante et faciente dicto domino **Balsa** ea omnia, quae continentur in pace predicta facienda et observanda a parte sua, quam pacem, ipse nostro nomine, vigore libertatis, quam a nobis habet, affirmabit et ratificabit, et si dictus **Balsa**, sive ambasiatores sui, suo nomine, erunt contenti facere et observare prout in dicta pace continetur, tunc similiter nostro nomine, faciat et observet, procurando

quod per dictum Balsam, observentur et fiant omnia punctaliter, quae facere tenetur vigore pacis praedictae, quam pacem dictus ser Benedictus in publicam formam penes se habet.

Et quia idem Balsa multum optat habere locum Antivari, sed in pace nihil continetur, quod dictum locum habere debeat, si dictus Balsa requireret illum, respondere debeat, quod si dictus Balsa veniet Venetias, non dubitat quod per nostrum dominium sibi dabitur locus praedictus, prout eidem dixerunt provisores nostri.

Si vero dicta domina Helena et dominus Balsa non erunt contenti stare dicte paci, tunc debeat dictus ser Benedictus dicere, quod nullum aliud mandatum habet a nobis, nisi faciendi et observandi, sicut in dicta pace continetur, et in isto casu, ut dictus Balsa non destrueret contractam nostram, ad damna subditorum et fidelium nostrorum, cum illis verbis et rationibus, quae suae sapientiae videbuntur, procuret et sollicitet, quod inter partes fiant sufferentiae, dicens, quod nullum aliud mandatum habet a nobis, sed quod scribet intentionem dicti Balsae et matris nostro dominio, et expectabit nostrum mandatum, et sic facere debeat, scribendo presto omnia pro nostra informatione.

Et quia sumus informati, quod Pasayt capitaneus Turchi, qui est cum gentibus suis in partibus Scopiae, multum

potest cum Turcho, domino suo, ita quod si haberemus ipsum favorabilem et propici-um, esset causa reducendi nos ad bonam conclusionem pro hiis, quae intendimus agere cum dicto Turcho, tam pro factis Albaniae, quam pro aliis, comittatur dicto ser Benedicto Contareno, quod cum nostris litteris credulitatis mittere debeat ad Basaytum capitaneum Scopiae, Thomasium notarium Sclavum, et sibi comittere, quod dicto Pasaytho, cum illis verbis amoris et dilectionis, quae sibi videbuntur, debeat demonstrare et ostendere, amorem et dilectionem, quam gerit nostrum dominium Pasayto predicto, et quod pro vivendo in bona pace et fraternitate cum dominio suo, intendimus mittere ad presentiam dicti domini sui, ambaxiatorem nostrum, de intentione nostra ad plenum informatum, et ideo si sibi placet, et de hoc dictus Thomas eundem Pasaytum attente rogare debeat, scribere dicto Turcho domino suo, ita quod possimus esse concordēs cum eo, de hiis quae secum agere habebimus; habeat idem Thomas libertatem, promittendi Pasayto predicto, nostro nomine, singulo anno, ducatos mille de introytibus dictorum locorum, et quum hoc non posset obtinere, promittere debeat dictos ducatos absoluto, faciente dicto Thomasio, hanc nostram intentionem, per illum strictum et cautum modum, qui suae prudentiae videbitur, ut facta nostra sint secreta, et insuper habeat libertatem, collegium

domini, consiliarii capitum et sapientum, mittere per dictum Thomasium Pasayto predicto aliquod exemum, ad valorem ducatorum triginta.

Et debeat dictus ser Benedictus ire ad exequendum mandatum nostrum praedictum cum illa familia, quae sibi videbitur pro honore nostri domini, faciendo quam minorem expensam poterit, et dimittat ad regimen et gubernationem loci sibi commissi, usque reditum suum, virum nobilem ser Andream Marcello, et mittantur dicto ser Benedicto litterae et syndicatus necessarii occasione praedicta.

Secr. Cons. Rogat. Lib. III. ch. 137.

(Скоро савнимъ исто ово, само малко пространство, налази се јошъ еданпутъ заключено у истој III. књиги, на стр. 144.)

## CCXLII. 1408. 20. Januarii.

Пуномоћно писмо и наставленъ за Бенедикта Контарена посланика Млетачкогъ къ деспоту Стефану и госпои Марји.

Nos Michael Steno, dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili viro Benedicto Contareno, presenti- aliter comiti et capitaneo nostro Scutari, quatenus recepto presenti nostro mandato, debeas significare dominae Helenae et domino Balsae, quod pro possendo exequi ea quae diximus et dedimus in responsum ambaxiatoribus suis, qui fuerunt nuper

ad nostram presentiam , ac pro exhibendo celerem expeditionem ad ea, quae agere habemus cum suis magnificentiis, nos constituamus te in nostrum ambaxiatorem, iturum ad presentiam domini despoti et dominae Maraе, pro concludendo et confirmando pacem tractatam per nostros provisores cum suis magnificentiis, quemadmodum suis ambaxiatoribus promisimus. Et pro tanto quodcumque erunt in puncto mittere et mittent suos syndicos et ambaxiatores, subito eris in puncto eundi et te repperiendi ad dominos antedictos.

Et cum habueris responcionem a predictis domina Helena et Balsa, quod sint parati mittere suos syndicos et ambaxiatores ad predictos dominum despotum et dominam Maram, et dato ordine de termino et tempore debito, volumus quod dimissa terra Scutari, in illa custodia et sub illo rectore, quem et quam tibi dicemus inferius, in bona gratia tu vadas noster ambaxiator, et syndicus ad dominos antedictos, videlicet ad dominum despotum et dominam Maram, et ad Pasaytum voivodam Turchorum, si tibi videbitur. Intelligendo te taliter, quod vadas et sis ibidem, quum ambaxiatores et syndici alterius partis illuc venient. Quibus cum fueris ad presentiam suam, presentabis nostras litteras credentiae, quas tibi misimus, et factis dictis dominis convenientibus salutationibus et oblationibus, de-



beas exponere. Quod deus novit, libenter et de bono animo vidissemus magnificam personam ipsius Balsae, tamquam nobilem civem nostrum hic Venetiis, ut cognovisset optimam intentionem nostram et radicem veri amoris, quam firmaveramus in mente nostra, et ulterius gratiam quam fecissemus sibi, si venisset ut promiserat, ita quod dolemus, quod crediderit illis, qui non bene consulerunt sibi, et non suis magnificentiss. Sed non obstante quod non venerit ad presentiam nostram, quia a natura nostra et progenitorum nostrorum semper fuit et est, uti benignitate et clementia, tamen adhuc, intuytu et respectu ipsorum domini despoti et dominae Marae, sumus contenti quod cognoscat benignitatem et gratiam nostram, quae est, quod pax facta per nostros provisores, et magnificentias suas approbata et laudata, etiam per nos confirmetur et ratificetur et cet. Cum illis verbis contentis in responsione data ambaxiatoribus suis, cuius responsionis copiam tibi mittimus pro tua informatione, et cum aliis similibus verbis, quae tuae sapientiae videbuntur, tenendo modum, quod ad presentiam ipsorum dominorum et saltim domini despoti, confirmetur cum integritate pax suprascripta, facta per nostros provisores, et de hoc fiant instrumenta seu litterae patentes secundum quod erit opus; ac ulterius, quod predicti domini despotus et domina Mara, quae fuerunt plezii, se constituent plezios et secu-

ritates per instrumenta vel litteras , pro firmitate et observatione omnium promissorum, cum cautelis necessariis et opportunis. Declarando quod nostra intentio est de habendo totam contractam de super **Scutarum** liberam, et villas et pertinentias **Dulcigni**, sine aliqua conditione alicuius primarii nec hominis, habentis aggere super illis; et quod non sint obedientes alii domino quam nobis, et quod de illis villis casalibus territoriis et hominibus dominatio nostra possit facere et disponere, secundum quod sibi videbitur et placebit, juxta formam dictae pacis.

Et si dicti domini erunt contenti ad hoc, ita quod fiat confirmatio suprascripta, cum dictis modis, procura tunc mittere executioni id quod conclusum et factum erit et opus fuerit pro pace predicta, cum illis bonis et utilibus provisionibus custodiis et ordinibus, qui et quae requiruntur, avisando te, quod in contributione **Budvae** et tu habeas advertentiam, de essendo primo in possessionem illarum rerum, quae debent tibi dari, et habendo talem cautionem, quod non habeas dubitare. Et ut sis de omnibus provisus et plene informatus, mittimus tibi copiam pactorum pacis, factae per nostros provisores, ad cautelam, licet per eosdem auctentica in forma tibi foret dimissa.

Et quia dubitamus quod **Balsa** nolet contentari ad pacta, contenta in instrumentis

pacis suprascriptae, nam semper appetitus suus extitit et est, ad habendum Antivarum, et sic per alios suos ambaxiatores et ambaxiatores domini despotaе et dominae Marae, et nunc per istos suos petitum et requisitum est a nobis. Et allegabitur, quod per nostros provisosores fuit sibi promissum ore tenus dictus locus. ipso veniente Venetias, ad petendum illum de gratia a nostro dominio; idcircho ad hoc poteris ei respondere, quod omni vice qua veniet ad nostram presentiam, ad petendum de gratia locum predictum, sicut promisit, ob intuitum domini despotaе et bonae memoriae quondam domini Georgii patris sui, et dominae Marae, ac voivodae Basayti, quos habemus et tenemus in caros amicos, et pro ipsis faceremus omnia possibile et honesta, nos faciemus sibi omne id quod promissum fuit sibi per nostros provisosores, taliter quod merito habebit contentari, sperantes quod per dictum suum adventum, et per experientiam quam videbit, ex nostro dominio erga magnificam personam suam, animus eius unietur et conformabitur in tali et tanto amore et sincera et bona voluntate, cum dominio nostro, perpetuo duratura, quod nunquam aliquis suspectus nec rancor, in mente alicuius partium esse poterit nec nutriri, imo propter sua bona opera et perseverantiam, quam faciet in filiali devotione et confraternitate mutui amoris, nos semper habebimus ipsum in bonum et verum filium et dilectum nobilem

nostrum, et erimus sibi favorabiles in suis indigentis, tam versus subditos suos, qui sibi offendissent, quam ad augmentum et conservationem sui status; de quo se reddat certissimum. Et sumus contenti in dicto casu facere sibi promissiones necessarias si opus erit, obligante ipso se vice versa, ad conservationem et defensionem locorum nostrorum. Et pro tanto in conclusione, stante ipso constante ad volendum *Antivarum*, tu potes respondere et procurare ac instare prudenter, quod huc veniat ad postulandum ipsum locum, iuxta promissionem pactorum, cum suprascriptis et aliis bonis verbis et rationibus, quae tibi videbuntur, dicendo et allegando, quod non veniente ipso huc ad nostram presentiam, nos non tenemur facere mentionem de dicto loco, sicut scit, nec sumus obligati ad dictam promissionem; et in hoc casu stante ipso firmo de non veniendo Venetias, procura remove ipsum a dicta petitione *Antivari*, cum illis bonis modis, qui tibi videbuntur, nam non esset honor nostri domini ad faciendum aliter, quem super omnia nos apreciamus.

Et quum expertus fueris per omnes istos modos, et ipse non vellet contentari, tunc procura dextro et cauto modo, convenire cum *Pasayto*, et experiri, si per viam monetarum, videlicet usque ad summam ducatorum *Min* anno, vel ab ipsa summa infra, avantazando comune nostrum quantum melius po-

teris, de intratis Antivari, ipse Pasaytus vellet se obligare, ad tenendum modum, quod Balsa staret firmus ad pacem predictam, factam per provisos nostros predictos.

Et quum factis omnibus istis experienciis non prodesset, qui Balsa seu sui nomine suo, starent pur constantes et firmi ad volendum Antivarum, et non velle venire Venetias, debeas experiri, si per viam pecuniae hoc factum posset aptari; in hoc casu sumus contenti, quod promittere possis usque ad summam ducatorum II mille in anno, de intratis dictorum locorum nostrorum, in duobus terminis in anno per medietatem, offerendo ad partem ad partem, usque ad dictam summam, cum quam maiori avantagio nostri comunis fieri poterit; et quod de Antivaro, nec de aliqua alia terra nostra, ipse non agat plus mentionem, habendo menti quod Balsa det nobis omnes villas territoria et iurisdictiones, quae de jure spectant vel spectare possent ad dictam terram Antivari. Et Sancta Maria de Rotezo et etiam fortilicium, quod fecit de Zelestina, quod est de pertinentiis predictis, cum omnibus hominibus et juribus liberis, quae nobis spectant; et non contentando ad hoc, sumus contenti, quod de residuo a Saboiane, quum per pacta pacis debebat sic stare, quousque veniret ad postulandum gratiam nostro dominio, sibi fiat libera quietatio et donatio, remanentibus nobis

pertinentiis Scutari et aliarum nostrarum terrarum, sicut antiquitus de jure sibi spectant.

Et quum vero **Balsa** non vellet attendere ad supra dictum factum de provisione **II** mille ducatorum, sumus contenti pro exeundo de istis laboribus et ponendo illud paesium in illa quam meliori pace fieri poterit, quod debeas dare predicto **Balsae**, ipsum locum **Antivari**, existente primo in concordio secum, quod pro firmitate securitatis pacis, considerato quot partibus et promissionibus deffecit, ac pro non incurrendo in istas inconvenientias, nec non pro observatione promissorum, ipse debeat tibi dare illos obsides, qui erunt sufficientes, ultra plezeriam dictorum dominorum, ut dictum est supra, qui obsides sint de filiis **Georgii Juras**, **Alexii Sotuma**, **Nicole Zauli**, et aliorum suorum maiorum curialium cuiuslibet conditionis, et magis potentium, quos habet apud se. In contributione autem **Antivari** cum modis suprascriptis, debeas observare illos modos, qui alias comissi fuerunt per istud consilium nostris provisoribus, quorum modorum copiam pressentialiter tibi mittimus, pro tua informatione; verum volumus quod tu procures habere totam aliam ripam fluminis **Boianae**, a duobus miliaribus infra terram, aut illam partem, quae saltem videbitur magis necessaria et utilis a **Scutaro** usque mare, quantum cognosces esse de pertinentiis **Scutari**, nam informati sumus, quod ista ripa est in

maximo damno Scutari, ipsa existente de Balsa; recordando tibi, quod per istam rem solam, non vellemus propterea, quod pax desisteret. Et dando Antivarum ut dictum est, procura de faciendo sic, quod non des sibi aliquem denarium, sicut continetur in pace facta per provisos.

Si autem non foret modus de possendo concordari cum Balsa per modos superius dictos, sed quod pur vellet Antivarum libere, et non dare obsides, nam avisati sumus, quod in eo casu ipse non obtinebit aliquam pacem, et procurabit aquirere residuum nostrorum locorum, et cognoscitur evidenter, quod foret sibi magis abile ad guerizandum, habente ipso unam terram, quam non habente aliquam, volumus quod facta per te illa honesta excusatione, quae tibi videbitur, domino despoto et dominae Mara e et aliis dominis, qui tibi videbuntur, et justificatis nostris juribus, qualiter per nos non defecit, nec deficit ad volendum Balsam pro filio nostro, accepto ab illis amicabili comeatu, debeas redire ad regimen tuum Scutari.

Et quia non facit pro nobis ad standum in guerra, nec etiam in expensis, sumus contenti, quod in casu quo non moveatur novitas per Balsam ad aliquem locorum nostrorum, tu dissimules cum ipso quam melius potes, et procura toto posse tuo, quod fiant sufferentiae inter partes, et quod interim tu

scribes nostro dominio; et si pur dictus Balsa moveret seu moveri faceret aliquam novitatem ad nostra loca, possis guerizare et substinere nostrum honorem, procurando posse tuo, de retrahendo et habendo tecum de suis nobilibus, de illis videlicet, qui videbuntur magis utiles factis nostris, possendo sibi promittere de territoriis et intratis de inde, secundum quod tuae discretioni videbitur, pro bono et honore nostro, ac destructione Balsa e, ac salute nostrorum locorum.

Eundo ad presentiam domini despoti, debeas dimittere loco tui ad regimen et custodiam Scutari, virum nobilem ser Andream Marcello, qui stet et teneat jus et justitiam, cum bona custodia terrae, secundum quod sibi mandabimus per litteras nostras.

Mittimus tibi litteras credenciales, sindicatum super hiis, et alias litteras pertinentes factis predictis, et copiam pactorum, quae habuimus cum domino Georgio Strazimiro, et quae habemus cum Coja, pro tua informatione.

Et quia per nostros provisos sumus informati, quod inter alia nostrae gentes equestres et pedestres, existentes in partibus illis, sunt male in ordine, et esset opus ut renovarentur, facimus tibi notum, quod pro securitate et conforto dictorum nostrorum locorum et subditorum nostrorum, mittemus tibi aliquas gentes ab equo et pede, quae erunt



avantagiatae et presto quantum poterimus, pro reaplando gentes et terras nostras, sicut fuerit opus, et interim poteritis providere, sicut tibi melius videbitur, avisando te, quod pro prestiori expeditione, mittemus homines armorum sine equis, cum selis et armis, quia sumus informati, quod de inde poterunt presto se fulcire equis.

Habeas menti de tractando istas res cum domino despo, et cum aliis qui requiruntur, tantum secrete, quantum fieri potest, et in pauciori numero personarum, quo fieri poterit-

Insuper avisamus te, quod comittimus baiulo nostro Durachii, quod ad omnem requisitionem tuam, debeat tibi dare brigantinum, qui ibi est armatus, ut possis ipsum tenere et operari in lacu et alibi, secundum quod tibi videbitur fore necesse, nam informati sumus, quod est multum utilis factis nostris.

Et quia propter res dictas superius, erit opus dicto ser Benedicto Contareno habere unum notarium discretum, pro ducendo secum, et pro mittendo ad Sandalum et ad Catarinos, et ad alia loca ubi erit opus, et de inde sit nisi unus, qui non posset removeri, nec exerceri extra locum, vadit pars, quod mittatur unus noster sufficiens notarius, ille qui videbitur collegio, qui vadat et sit ad obedientiam ser Benedicti Contareno, portando sibi litteras et alias scripturas, secundum

quod sibi mandabitur per collegium antedictum, et possit expendere ducatos duos cum dimidio in die, ducendo illam familiam, quae sibi videbitur necessaria.

Secr. Cons. Rogat. Libro III. ch. 138.

### CCXLIII. 1408. die 12. Februarii.

Закључено: да дуждовъ саветъ може ступити у договарањ са некимъ лицемъ, кое Млетчићима нуди поуздано средство, да могу натерати Балшу на покорностъ и на миръ.

Capta. Quia cedit ad dubium si facta partium Albaniae sequi debeant tali modo, quod remaneamus in concordio et quiete cum Balsa, an in guerra, et presentialiter pervenerit ad manus nostri dominii certus partitus et certus modus utilis remedii et provisionis, ad quae si attendimus et vigilamus, poterit esse de levi causa inducendi Balsam et compellendi ipsum ad faciendum de rebus, quae redundant ad bonum utile et comodum nostrorum locorum in partibus Albaniae, nam aliter cognosceret cadere ad destructionem suam, sed ipsa persona, quae pro parte dominorum suorum nobis proposuit hoc factum, tantum stricte nos rogavit, ut habeamus ipsam secretam, quantum potuit. Et bonum sit non derelinquere factum predictum, considerato bono fructu qui sequi poterit deo dante; vadit pars: quod collegium domini, consiliarii capitum et sapientum utriusque manus, habeant libertatem practicandi

raciocinandi et revidendi super factis predictis, secundum quod melius et utilius sibi videbitur, pro utili et bono nostro, non concludendo tamen in aliquo, nisi cum auctoritate istius consilii, in quo poterit deliberari secundum quod melius apparebit, licet facta predicta sint naturae et conditionis, quae in nullo actu dominium nostrum norit facere contributionem alicuius expensae.

Secr. Cons. Rog. Lib. III. ch. 144.

### CCXLIV. 1409. Indict. II. 15. Martii.

Одговоръ на предложена общине Которске, коя нуди Млетчиѣма, да имъ помаже у рату противъ Балше, подъ некимъ условіама.

Cum iam pluribus diebus venerit ad presentiam nostram unus ambaxiator comunitatis Catari, expositurus sub litteris credentiae, aliqua capitula, pro parte illius comunitatis, ob quam causam et quia ipse requisivit, hoc factum haberi secretum, tunc data fuit libertas collegio praticandi ratiotinandum et respondendi super factis predictis, sicut eidem collegio melius videretur, non concludendo tamen in aliquo, nisi cum auctoritate huius consilii. Et super ipsis capitulis per collegium habita sit consideratio, sed non videatur, quod ipse ambaxiator habeat aliquem syndicatum, nec libertatem, nam dicit venisse cum littera credentiae et cum ipsis capitulis, pro sciendo et habendo intencionem nostram,

et requirat habere responsum. Vadit pars, quod respondeatur et dicatur dicto ambaxiatori, quod semper dileximus illam comunitatem et cives, et sic nunc teste deo diligimus sincero corde, et cognovimus in eisdem bonum animum et optimam voluntatem et dispositionem erga honores nostri domini, tanquam in bonis et veris amicis, et une plus oblationes suas nobis factas, de quibus multum regratiamur eis. Verum ad capitula nobis porrecta, quorum effectus est: quod illa comunitas se offert velle esse nobiscum ad guerram, si illam haberemus cum Balsa, cum certis conditionibus inclusis, ipsa comunitate existente libera a tributo ducatorum mille, quos solita est dare Balsae. Et quod veniente dominatione nostra ad pacem cum Balsa, ipsa comunitas includatur in ipsa pace, et ulterius, quod nostra dominatio teneatur ipsam comunitatem defendere per mare ab omni persona, et cet. Dicatur quod misimus ambaxiatam nostram tractandam per comitem et capitaneum nostrum Scutari, in partibus Albaniae, et non possumus comprehendere conclusionem factorum adhuc aut pacis aut guerrae cum Balsa. Et si pax et concordium esset et sequeretur, ista non haberent locum, si autem aliter sequeretur, videlicet guerra, quod essemus contenti habere illam comunitatem nobiscum, et esse sibi favorabiles, et ipsam favorabilem factis nostris de inde, et promittere de defendendo illos cives in mari

et tenere pro caris amicis. Jam comunitas quae deinde sentire poterit quid sequetur de pace aut guerra, et etiam nos poterimus sibi facere dari notitiam de hac, et poterit tunc mittere suum sindicum cum instrumento et libertate ad plenum ad querendum id, quod sit justum et rationabile, quia illa tunc ipsos audiemus, et nos poterimus facere tractare et concludere, secundum quod nobis conveniens apparebit.

Secr. Consil. Rog. Lib. IV. ch. 3.

### CCXLV. 1409. 3. Augusti.

Заклучено: одредити неколико чланова савета, да уговарају са госпоиномъ Еленомъ матеромъ Балшиномъ, која е дошла у Млетке, да моли за опроштенѣ и да се мирн са Млетчињина.

Capta. Cum domina Helena mater Balsae Strazimiri, in effectum dixerit nostro dominio, quod ipsa est illa et non filius suus, quae est in culpa et defectu eorum, quae comissa sunt contra nostrum dominium, et propterea petit veniam et supplicat, ut dignemur habere ipsam et filium recomendatum, ut possint et habeant cum honore suo unde vivere, vadit pars, quod mittantur ad dictam dominam Helenam, duo sapientes consilii et unus sapiens ordinum, qui debeant sibi replicare verba suprascripta, quae ipsa exposuit nostro domino, et respondere ei nostri parte, quod sicut non dubitamus habet memoriae, fuit inter

nos et magnificae memoriae dominum Georgium Strazimiri virum suum, sincera et cordialis dilectio, propter quam similiter habebamus et tenebamus ipsam dominam et natum suum in nostros filios carissimos, et sic sumus dispositi facere nunc et in futurum, dummodo non deficient a parte sua. Et licet sicut ipsa scit, hic amor et ista dilectio nunquam fuerit interrupta, nostro defectu, tamen sequentes benignos mores nostrorum progenitorum et nostrum, considerata venia quam petit, et bona et optima dispositione, quam promittit habere ad honores et benplacita nostra, sumus contenti parcere eis et habere eos recomendatos, sperantes, quod effectus suorum operum correspondebit verbis et promissionibus suis; circa vero factum providendi ut habeant unde vivere, respondemus quod semper fuimus et sumus parati circa hoc facere id quod sit justum et rationabile, et propterea si placet ei super hoc suo vivere aliquid dicere vel declarare, ipsi audient et reportabunt nostro dominio, quod respondebit prout nobis videbitur. Et cum his quae habuerint et audierint a dicta domina, revertantur ad dominium, ut possit postea provideri per istud consilium, prout videbitur melius et securius pro nostro dominio.

Dominus et ser Nicolaus Vieturi sapiens consilii, volunt suprascriptam partem per to-

tum, salvo: quod ad dicendum et exequendum predicta mittantur nobiles viri ser Robertus Mauroceno et ser Jacobus de Ripa miles, qui sunt informati de praticatis in Albania.

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 47.

### CCXLVI. 1409. 27. Augusti.

Заклучено одговорити кнезу Задарскомъ, да даде на знаиѣ дуки Хервою, да ће његови посланици у Млетцима бити добро дошли.

Capta. Quod respondeatur provisoribus nostris J a d r a e, ad ea quae nobis scripserunt super ambasiata sibi facta ex parte D u c h e C r e u o i e, quod audivimus et intelleximus omnia sibi dicta ex parte C r e u o i e predicti, audivimus etiam responsionem per eos factam ben et sapienter, pro quibus omnibus sapientiam et sollicitudinem suam merito commendantes respondemus, quod nobis multum placuerunt ea quae responderunt predicto ambaxiatori C r e u o i e. Verum quia tetigerunt, quod dictus ambasiator dixerat, quod si videretur dictis nostris provisoribus, libenter mitteret suam ambasiatam Venetias et cet. ad hoc dicatur: respondeatur provisoribus predictis, quod multum placeret nobis, quod dictus C r e u o i a mitteret Venetias ambasiatam suam; et propterea si dicti nostri provisoribus viderent aliquem modum possendi notificare facere vel alium modum tenere bonum et idoneum, quod dictus C r e u o i a mitteret suam ambasiatam, hoc multum

placeret nobis, quia libenter vellemus, quod dicta ambasiata huc veniret; faciendo hoc ita honeste et cauto modo, quod non posset perpendere a nobis hoc procedere.

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 52.

## CCXLVII. 1409. 2. Septembris.

Наставленѣ за господу, кои љеду се састаяти и договорати са госпоіомъ Ђленомъ, удовицомъ Ђорђа Срацимира, о условіама помиреня између Млетака съ едне и гспое Ђлене и Балше съ друге стране.

Capta. Cum actenus nihil factum vel conclusum sit cum domina Elena Stracimiri, quae diu hic stetit, et bonum sit ymo penitus necessarium, providere super factis suis, ut nos sciamus et ipsa sciat, qualiter habeamus vivere simul. Vadit pars; quod ser Robertus Mauroceno et ser Jacobus de Rippa miles, cum uno ex sapientibus ordinum, ire debeant ad dictam dominam Elenam. totiens quotiens fuerit opportunum, ad praticandum secum super his, quae petit a nostro dominio. Quibus ex nunc comittatur, quod debeant procurare et instare secum, cum illis modis verbis et rationibus, quae suis sapientiis videbuntur, quod ipsa sit contenta, non velle nec petere aliquam terram castrum vel fortilitium partium Albaniae a nostro dominio preter Budam, quae sibi alias promissa fuit. Et in isto casu, si erit contenta ut supra, possint promittere sibi no-



mine nostri domini, ad partem ad partem usque ad summam ducatorum duorum millium auri, de reddito singulo ano de introitibus locorum de inde, et a dicta quantitate infra sicut melius poterunt, pro bono nostri domini, remanentibus in libertate et potestate nostra omnibus terris locis fortificiis et districtibus, qui et quae sunt a **S u t o r m a n o** versus lacum, usque ad **B o i a n a m**, ad introitum flumarie, et sic veniendo per mare usque sanctam **M a r i a m** de **R e t e o**, secundum formam pacis factae in **D u r a c h i o**. Et quum istud obtineri non posset, quod obtineatur saltem a **S u t o r m a n o** per coronam montanae de super **A n t i b a r u m**, versus et sub **D u l c i g n u m**, declarando per talem modum loca et villa quae sunt intra istos confines et districtus, quod quilibet cognoscat sua.

Item quod dicta domina **E l e n a** et **B a l s a** promittant, quod per suos non fient aliquae novitates furta vel robariae nostris subditis, quia e converso nos similiter promittimus. Et si per aliquem de suis comitterentur aliquae robariae vel furta contra aliquos ex nostris, quod ipsi facient fieri debitas restitutiones et satisfactiones cum effectu, et similiter si per nostros fierent novitates furta vel robarie contra suos, quod nostra dominatio teneatur facere fieri debitam restitutionem vel emendam, et insuper procurare, quod ruinetur illa bastita de **C e l e s t r i n a**.

Et si poterunt obtinere ut predicatur, bene quidem, sin autem trahant ab ea quidquid poterunt, et postea cum his quae haberint de intentione sua, venientes ad istud consilium et providebitur sicut melius apparebit.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 55.

### CCXLVIII. 1409 7. Septembris

Закључено, писати кнезу и капетану Скадарскомъ, да пошаљ Пазанту поглавару Турака у предѣлу Скопља, тайнимъ путемъ 250 дуката, као воловину они годишњи 500 дуката, које су му Млетцињи обећали.

Capta. Quod scribatur et mandetur comiti et capitaneo Scutari, quod recepto presenti nostro mandato, debeat mittere Pasayto capitaneo Turchorum in partibus Scopiae, ducatos ducentos et quinquaginta in auro, per illum secretum modum qui sibi videbitur, qui sint pro medietate ducatorum quingentorum, quos habere debet annuatim a nobis. Ut idem Pasaytus cognoscat, quod simus dispositi attendere et observare sibi per nos promissa.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 55.

### CCXLIX. 1409. 16. Novembris.

Настављеник за кнеза и капетана Скадарскогъ, како ће говорити посланику Туркомъ о условіама мира између Млетака и господје Елене и Балше уговоренимъ, и писмомъ и заклетвомъ нећ потврђенимъ, кадъ је госпоња Елена била у Млетцима.

Cum inter alia quae considerari debent, principaliter debeamus velle conservationem

honoris nostri, quia nil aliud plus auget vel diminiut honorem, quam observantia vel inobservantia juramenti et promissionum, et successive deficiente credulitate et fide, omnia tam apud deum quam homines mundi erunt in peius; et propterea quia vitandum est omnino, non incurrere in hunc errorem et infamiam. Vadit pars: quod super istis factis **Albaniae**, considerata promissione nuper facta cum sacramento per litteras nostras bullatas, datas in manibus dominae **Elenae**, matris **Balsae Strazimiri**, et parte pridie capta contra dictam promissionem, provideatur in hunc modum. Videlicet: quod scribatur et mandetur et comiti et capitaneo **Scutari**, quod debeat esse cum **Petro Longo** ambasiatore **Turchi**, et ei dicere, quod fecimus cum domina **Elena**, existente hic **Venetiis**, aliquam conventionem, in qua inter alia continetur, quod utraque pars debeat esse sollicita, ad ducendum differentias existentes inter nos et ipsam et **Balsam**, ad pacem firmam et conclusivam. Et quia sensimus multa esse innovata in partibus illis, quae nobis non erant nota, tamen volentes uti nostra benignitate sollicita, rogamus dictum oratorem **Turchi**, quod si aliqua pax firma non esset secuta, debeat operari et facere, quod fiat pax inter partes, secundum formam, quae fuit oblata ambasiatoribus **despoti** et **dominae Marae** et **dicti Balsae**, quum fuerunt

Venetiis, videlicet: de dando eis **B u d a m** et **s a l i n a s**, et ducatos **M V**centum de provisione annuali; et informetur rector noster praedictus ad plenum de dicta forma pacis, alias praticata, refinendo tamen omnino pro nostro dominio **l a X a b o i a n a m**, etiam **l a C e l e s t i n a m**, si ipsam habuisset, qua pace sequente faciat sibi reddi litteras nostras, quas nuper dedimus dictae dominae **E l e n a e** in **V e n e t i i s**. Et si dicta pax sequi poterit benequidem, quum vero non, videtur nobis quod simus absoluti a sacramento et ab observantia litterarum nostrarum datarum dictae dominae **E l e n a e**, quia non observant partem illam contentam in eis, de procurando pacem, quia non attendit nec vult pacem, ad quam procurandam utraque pars tenetur. Et in hoc casu observare debeat noster rector praedictus ea, quae nuper sibi scripsimus, postquam sensimus occursa et gesta per eum in partibus illis. Si vero dictus **P e t r u s** inde recessisset et ut est dictum, nulla alia pax firma secuta fuisset, debeat ipse praticare et offerre dictae dominae **E l e n a e** et **B a l s a e** pacem, in forma suprascripta, et si concludere poterit benequidem, quum vero non, exequi debeat ultimum mandatum nostrum, pridie sibi scriptum et factum, postquam sensimus occursa et gesta per eum de inde. Sed nihilominus informare debeat nos, de responsionibus dictae dominae **E l e n a e** et **B a l s a e**, et secutis de inde, ut de hinc cum

dicto Petro Longo oratore Turchi,  
possimus praticare super forma dictae pacis,  
et aliter prout videbitur huic consilio.

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 75.

## CCCL. 1409. 21. Septembris.

Наставленъ за господу, кои се погађаю са госпоіомъ  
Еленомъ, удовницомъ Ђорђа Срацимрова, о условіама  
подъ коима ће се коначно заключити миръ између Мле-  
така и господє Еленє и њногъ сина Балше.

Cum multum faciat pro nostro dominio  
devenire ad bonam conclusionem et concor-  
dium cum domina Elena Strazimiri,  
matre Balsae, et non stare amplius in  
istis terminis, considerata pace nuper facta  
per ambasiatorem nostrum, nobilem virum  
ser Franciscum Justiniano, cum Musu-  
man Calabi domino Turchorum, in  
qua confinetur, quod dictus dominus est con-  
tentus, quod dominatio nostra habeat castra  
loca et terras et habentias eorum, quae do-  
minatio nostra tenet in partibus Albaniae,  
quae fuerunt condam Georgii Strazimiri  
et Balsae eius filii, per illum modum,  
quo nostra dominatio illa tenet et habet, et  
cum concordio, quod cum dicto Balsa habet;  
et quia dictus ser Franciscus declarat osten-  
disse pacem factam in millesimo quadringen-  
tesimo octavo, die decimo septimo Junii,  
per nostros provisos, in qua remanet in  
suspenso id, quod debet esse de contrata

de la Xaboiana, donec Balsa veniet Venetias. ad petendum gratiam a nostro dominio, qui sicut notum est non venit, et tenet et possidet dictam contratam et etiam magnam partem confinium aliarum terrarum nostrarum, cum maximo damno nostrorum jurium et terrarum nostrarum de inde. Et cum istis diebus elapsis fuerit praticatum et omnis possibilis experientia facta, per ser Robertum Mauroceno et ser Jacobum de Rippa militem, qui de nostro mandato iverunt ad dictam dominam Elenam, ut esset contenta, quod tota Xaboiana remaneret nostro dominio, cum tota rippa Boianae a parte sancti Nicolai cum suo monasterio sancti Nicolai usque Scutarum, et sancta Maria de Roteço et fortificium Celestrine similiter remaneret nostro dominio, et ob hoc nostra dominatio daret dicto Balsae Buduam cum suis pertinentiis et salinis et ducatorum/II mille in anno, secundum partem captam in hoc consilio, et remaneat sibi Crayna; de quo prefata domina Elena non fuit contenta. Et bonum et utile sit non dare causam quod recedat in discordia a nobis, ut non procuraret cum fratre suo et aliis suis amicis in notificando Turcho, quod non esset in pace nobiscum, pro destruendo pacem predictam: Vadit pars: quod mittantur ad dictam dominam Elenam dicti ser Robertus Mauroceno et ser Jacobus de Rippa miles, ad

practicandum et procurandum de essendo in concordia cum domina Elena prefata, et quod remaneret toto posse suo, nostro dominio tota contrata Xaboiana, cum omnibus terris et locis, quae in ea sunt, incipiendo a Sutermano per totam coronam montanae, quae finit per oppositum Scutari, ubi fit transitus ad aliam partem, et veniendo a Scutari et eundo per rippam Boianae usque ad sanctum Nicolaum, et a sancto Nicolao per mare usque ad sanctam Mariam de Roteço, et a sancta Maria de Roteço cum villis et hominibus dictae ecclesie usque ad Sutermanum, et remanentibus dictae dominae Elenae et Balsae Budua et habentiis et pertinentiis suis, et ultra hoc promittatur eis ducatorum mille in anno, de introitibus dictorum locorum. Et si hoc obtinere poterunt ben quidem, quin non, procurare debeant, quod remaneant nostro dominio villae et loca de Propat, quae sunt inter Antivarum et Dulcignum, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, usque ad confinia Dulcigni et de Xaboiana, unum milliare infra terram a rippa Boianae per totum, incipiendo a Scutari et eundo usque ad sanctum Nicolaum, et a sancto Nicolao usque Dulcignum, cum omnibus villis domibus et hominibus, qui et quae essent infra dictum milliare, cum suis juribus et pertinentiis, ultra alias terras et civitates et loca quae habemus.

Et propter hoc possint promittere dictae dominae Elenae Buduam, ut superius continetur et ducatos quingentos usque mille in anno.

Ser Leonardus Victuri sapiens ordinum, vult partem suprascriptam, dando ducatos duo millia.

Ser Jacobus de Rippa miles vult dictam partem ser Marci Dandulo, cum instantia et sequenti additione, videlicet. Et si obtineri non possit, ut in dicta parte continetur, tunc ut non remaneat quin dicta pars concludatur, debeant procurare dicti duo qui ibunt, quod remaneat nostro dominio civitas Dulcigni cum suis pertinentiis villis et hominibus, specificè cum dominio suo, veniendo recte usque ad sanctum Georgium et inde usque ad sanctum Nicolaum, Fuxie Boianae et abbatia cum suis villis et confinibus, et molendina, de quibus est dra (sic) et Antivarum, per costam montanae usque ad confinia de Propat, cum villis et hominibus et fortilicium Celestrine, incipiendo a marina a parte Dulcigni et capiendo a sancta Mama, eundo sursum usque ad fossum quod est super Juoislavi, eundo sic a la figara, quae est sub via qua itur Scutarum, eundo sursum versus villam de li Sturti, quae est ecclesiae sancti Georgii, quae est super territorio Antivari, et ita sursum in lo lesim, in mon-



tanea, quae est supra li Mirchoe, et ita sursum in montanea sanctae Tacumiae versus lacum, et ita per summitatem montanae ad Schalam, et ita per summitatem montanae usque ad summitatem montanae de Suferman, et ab illa parte montanae ad quandam arborem, quae vocatur Metudoço, versus villam de li Chiruçi, et ita in summitate montanae di la Usuta usque i Pastronich, et ita infra usque ad villam de li Susam, quae est sanctae Mariae de Roteço, infra versus marinam. Et remaneat similiter sancta Maria de Roteço cum suis confinibus villis et hominibus et dominio; et similiter remaneat nostro dominio villa de li Sestan, intelligendo quod ser Marinus de Elia possideat territoria sua, quae habet in Propat. Quibus sic habitis, possint dicti nostri duo promittere dictae dominae Elenae et Balsae eius filio, Buduam cum omnibus suis habentiis et pertinentiis, prout continetur superius, non dando sibi aliquam quantitatem denariorum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 60.

**CCLI.** 1409. Ind. III. II. Januarii.

Одговоръ посланику Ювана Кастриоте на иѣрова предложени.

Capta: Quod respondeatur huic oratori magnifici domini Johannis Castrioti, qui ad conspectum nostri domini comparuit cum certis requisitionibus atque capitulis.

Et primo ad primum capitulum per quod asserit, ipsum esse astactum a Turchis, et habere proprium natum in obsidem apud eos, ac quotidie infestari, ut ipsos Turchos permittat per passus et loca sua descendere ad territoria et loca nostrae dominationi subiecta, quod facere noluit modo aliquo vel ingenio, tam intuitu dei et conservatione fidei Christianae, quam amore nostri domini, petens a nostro dominio aliquem locum tutum, ad quem tempore necessitatis possit recurrere si oprimeretur a Turchis, offerensque velle servire nostro dominio cum suis gentibus, cum decenti provisione, nec non ad secundum capitulum, quod videtur esse unum et iddem, per quod dicit, quod nisi foveatur a nostro dominio, et ex necessitate et opressione ipsorum Turchorum, si eum oporteret eis adhaerere et obedientiae eorum Turchorum subire, habeatur merito excusatus.

Respondeatur eidem, quod de sua bona voluntate et sincera dilectione, quas gerit erga nostrum dominium regraciamur eidem. Verum pro multis bonis respectibus videtur nobis bonum et facere pro sua magnificentia, quod aliqualiter pro nunc non debeat querere, nec innovare seu facere rem, quae inducere possit ipsum in discordiam cum Turcho; ymo presenti tempore sic quomodo melius potest debeat pertransire. Nam debet esse certissimus, quod si occurreret easus, quod possemus facere de rebus, quae cederent ad ho-

norem nostri domini et bonum suae magnificentiae, semper reperiret nos promptos ad bonum et honorem suae magnificentiae, tamquam boni et cari filii nostri domini.

Ad tertium vero capitulum per quod dicit, quod mensurae et pondera vidualium et rerum ac mercationum, quae expediuntur in Durachio, Scutaro et Alexio, semper solita in uno statu permanere, quasi singulo anno mutantur per officiales dictorum locorum, cum maxima confusione habentium agere in dictis locis.

Respondeatur, quod mandabimus nostris rectoribus de inde, quod ipsas debeant reducere et tenere ad mensuram et statum pristinum, quia hoc nobis displicet, quantum displicere posset! nam nostrum dominium non intendit, quod aliquid imovetur contra debitum rationis, nec in praeiudicium nostrorum locorum et dominorum ac vicinorum circumstantium.

(Intimatum fuit statim capitulum in forma opportuna istis rectoribus; videlicet baiulo et capitaneo Durachii; comiti et capitaneo Scutari; provisorio Alexii; potestati Antibari; comiti et capitaneo Dulcigni.)

Misti del Senato XLVIII. ch. 121.

## **CCLII.** 1409. Indict. II. 9 Februarii.

Заклучено, да онај годишњи данакъ, кои Млетцима мораю Турцима давати за своје земље у Албаџи, имаю плаћати тамошњи жители као прирезъ.

**Capta.** Quia per formam compositionis

tractate per nobilem virum ser **F r a n c i s - c u m J u s t i n i a n o**, oratorem nostrum et nunc baiulum Constantinopolis, cum magnifico domino Musulmano **Z a l a b i**, nos sumus obligati dare et assignari facere sibi in **C o n s t a n t i n o p o l i**, per totum mensem **A u g u s t i** proximi, dicto domino vel suo nuntio et procuratori, pro locis **A l b a n i a e** quae tenemus, ducatos mille auri de intratis de inde, et sic de anno in annum, et **P a s a y t o** capitaneo suo in partibus **S c o p i a e** ducatos **·V·** centum omni anno, et iustum et conveniens sit, quod subditi nostri locorum praedictorum, in quorum utilitatem et emolumentum convertitur compositio antedicta, quia per illam pacifice poterunt gaudere territoriis possessionibus et bonis suis, solvant dictam pecuniam, secundum quod faciunt **P a t r a c e n s e s** pro civitate **P a t r a s i i**. Vadit pars: quod per nostras litteras ad cautelam informari debeat comes et capitaneus noster **S c u t a r i**, de forma et terminis dictae compositionis, et quomodo ipsa pecunia solvi debet in termino antedicto; mandando eidem, quod quanto prestius poterit, det operam de conferendo cum aliis rectoribus nostris **A l b a n i a e** et cum **p r o g n i a r i i s**, super forma et modo inveniendis ad faciendum, quod pecunia praedicta per subditos nostros dictarum partium persolvatur. Procurando quod dicti modi sint quam magis communes et honesti esse poterunt. Ita quod toto posse suo nullus habeat

causam justam querellae. et quod cuncti solvant id, quod per sortem sibi tanget, et significando nobis presto omnia quae fecerit in factis praedictis, ut simus de omnibus informati. Avisando ipsum ad cautelam, quod per informationem quam habemus. **Georgius Strazimir** et **Balsa** eius filius. ista de causa posuerunt coltam suis subditis de uno ducato pro igne, ut posset solvere tributum Turchis pro terris predictis.

Et avisetur etiam ad cautelam, quod nobis videretur fore bonum ponere pro igne ducatum dimidium, unum ducatum et unum cum dimidio, secundum possibilitatem personarum, tantum quod subter supra veniatur ad rationem unius ducati pro igne.

Secr. Cons. Rogator. Lib. IV. ch. 91.

### **CCLIII. 1410. Indict. III. 12. Junii.**

Посланику кнеза Никете одговарасе, да може њи кући, а да ће на предложена одъ њѡга чинѡна, донети одговоръ новъ управитель Скадра и Драча.

Capta: Cum fuerit jam diu hic Venetiis unus ambassiator comitis Nichetae, qui praesentavit multa capitula, et super praedictis habuerimus informationem a nostro comite et capitaneo **Scutari**, per eius litteras; et pro omni bono respectu utile sit differe ad dandum responsum ad dicta capitula, sitque et bonum non refinere amplius ipsum oratorem hic; Vadit pars: Quod dicatur ipsi

ambaxiatori, quod sumus de proximo missuri novum rectorem Scutarum et Durachium, per quos seu alterutrum eorum, seu per nostras litteras sibi faciemus respondere ad requisita per eum. Et propterea potest recedere ad libitum suum, et cum praedictis et similibus verbis expediatur.

Misti del Senato XLVIII. ch. 150.

### CCLIV. 1410. 8. Augusti

Одговоръ дагъ послашкы господара Волка сына цара Лазара, на предложена одъ нѣга чинѣна.

Quod isti ambaxiatori magnifici domini Volchi, filii quondam comitis Lazari, domini Raxiae, respondeatur in hac forma ad capitula nobis porrecta, ut inferius continetur.

Et primo ad primam partem, per quam ipse dominus Volchus se recomendat nostro dominio, et suplicat acceptari pro nobile cive civitatis nostrae Venetiarum; offerendo se et statum suum et terras ad honores nostros etc. Respondeatur, quod semper dileximus quondam genitorem suum sincero corde, et sic amamus et intendimus amare ipsum magnificum dominum Volchum, et habere et tenere pro bono filio et amico nostro carissimo, et statum suum habere intime recomissum. Super facto vero nobilis civitatis Venetiarum, opus est ut provideamus

cum nostris consiliis ordinatis terrae, sicut semper est solitum observari.

Ad secundam partem, per quam petit ut dignemur facere fieri sibi unam litteram patentem, per quam mandetur omnibus nostris rectoribus, potestatibus et capitaneis, quatenus habere possit receptum cum arnesiis et bonis suis, ut factum fuit suis attinentibus. Respondeatur, quod amentes (sic) ipsum magnificentum dominum et proponentes in mente nostra illam fiduciam firmam de ipso, quam faceremus de filio et bono amico, sumus contenti et sic ordinabimus et comitemus omnibus nostris rectoribus partium de inde, quatenus debeant receptare videre et honorare personam suam et suos, cum suis bonis et haveere, dulciter et caritative, sicut proprios et cariores cives nostros, et sicut magnificentiam suam decet, cum illa comitiva, quae sit securitatis locorum nostrorum. Et ex nunc captum sit, quod sic debeat scribi rectoribus nostris, mandando cuilibet ipsorum, quatenus quando dictus dominus Volcho vellet venire vel mittere cum bonis et haveere suo ad terras nostras, debeant eos receptare videre et honorare, ut dictum est, habendo tamen in omni casu advertentiam ad quantitatem et numerum personarum exeuntium secum, non excessivam, et ad securitatem, tutelam et conservationem terrarum et fortitiorum nostrorum et locorum sibi comissorum, ut propter hanc concessionem nost-

ram aliquid sinistri, nec in detrimentum status nostri posset occurrere ullo modo.

Ad tertiam partem, per quam dicit sibi fuisse comissum per dominum suum Mussulman Zalapi, ut deberet mittere ad nos, quatenus nobis placeret destinare galeas nostras in suum subsidium, ut posset transire de Turchia in Greciam; dicendo, quod amat nostrum dominium super omnibus aliis dominationibus etc. Respondeatur, quod sicut ipse dominus Mussolman clare novit, semper dileximus ipsum et statum prosperum suum, et hoc pluries apparuit operum per effectum, quia semper fuimus in amore et bona pace simul. Et est verum, quod iam ipse transivit in Greciam, propter quod non est opus auxilio quod requirebat, sed bene debet esse certissimus, quod in omnibus quae cederent ad honorem exaltationem et augmentum suum, semper essemus parati et dispositi, sicut pro honorabili et caro amico nostro, et providissemus et provideremus, sicut videretur nobis conveniens et opportunum.

Ad quartam partem, per quam rogat et supplicat, ut dignemur velle summere ad gratiam dominam Elenam et filium Balsam, et habere illos pro recomendatis et servitoribus, et providere ut possint vivere cum honore sub dominio nostro etc. Respondeatur, quod ut notorium est toti mundo, semper progenitores nostri a natura et no-



strum dominium similiter, deum et humanitatem colentes, fuerunt benigni et latissimi ad parcendum omnibus recognitoribus culpaе suae, et postposuerunt et oblitum sunt omnes iniurias et offensas, sicut apparet operum per effectum. Nam totiens domina Elena et filius fecerunt latas promissiones et evidenter defecerunt fide sua, et nihil de promissis obtinuerunt; et nunc de novo curi fecerunt territorium nostrum, et damnificaverunt subditos et fideles nostros dictarum partium. Actamen adhuc in complacentiam magnificentiae suae sumus parati sibi parcere; ita quod si placet magnifico domino Volcho praedicto, velle mittere ambassiatores suos super hac materia, et similiter per ipsos Balsam et matrem ad nostrum dominium, cum illis requisitionibus et modis, qui sint iusti et rationabiles et honesti, tunc providebimus et erimus contenti facere de rebus, quae sint secundum deum et honorem nostri dominii, et de quibus ipsi poterunt merito contentari, dummodo dispositio sua sit observandi id quod effectualiter promittet nostro dominio. Cum conditione, quod utraque pars interim debeat se abstinere de inde ab offensis omnibus et damnis inferendis, quousque ambaxiatores redierint, et quod videbitur quid debeat sequi in facto praedicto, super quibus rectores nostri, quibus scribi debeat, debeant nos presto de omnibus informare.

**CCLV. 1410. Indict. IV. 5. Januarii.**

Привилегија великогъ войводе Босанскогъ Савдала на  
Млетачко грађанство.

**Privilegium magnifici et potentis do-  
mini Sandalli, magni voyvodaе reg-  
ni Bossinae, nec non domini alia-  
rum terrarum maritimarum.**

**Michael Steno**, dei gratia dux Ve-  
netiarum et cet. **Universis et singulis**, tam  
amicis quam fidelibus et tam praesentibus  
quam futuris, praesens privilegium inspecturis,  
salutem et sincere dilectionis affectum. Du-  
calis excellentia in liberalitatis operibus tan-  
to benignius consuevit personas honorabiles  
sibi devotas honoribus prevenire, ipsarum-  
que fidem et devotionem dignis retributi-  
onibus compensare, ac ipsas dotalibus fa-  
voribus convallare, et ipsarum petitiones li-  
beraliter exaudire, quanto ducatu nostro de-  
votiores fide et operibus se ostendunt. Un-  
de cum magnificus et potens domi-  
nus Sandallus, magnus voyvoda  
regni Bossinae, nec non dominus ali-  
arum terrarum maritimarum, semper  
fuit et sit dilectissimus et perfectissimus ami-  
cus nostri domini, sicut promptis affectibus  
ostendit, qui in agendis ducatum nostrum et  
singulares personas ducatus eiusdem tangen-  
tibus, promptum et devotum laudabiliter et  
incessanter se praebuit atque praebet, supli-  
cationibus nobis sua parte porrectis gratio-

suis anuentes, praefatum magnificentum et potentem dominum Sandallum, cum eius filiis et heredibus, ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum cum suis filiis et haeredibus fecimus et facimus, atque pro nobile et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus, ipsum sincere benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod singulis libertatibus beneficiis imunitatibus et honoribus, quibuscunque, quibus alii honorabiles Veneti et cives nostri gaudent et perfrui dignoscuntur, praefatus magnificus et potens dominus Sandallus ac sui filii et heredes, in Venetiis et extra ubique locorum plenissime gaudeant perpetuo et utantur. Nobis quoque idem magnificus et potens dominus Sandallus per suum procuratorem legitimum, ad evangelia sancta dei, soleniter fidelitatis debitum prestavit iuramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorum, praesens privilegium fieri iussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis millesimo quadringentesimo decimo, mensis Januarii die quinto, indictione quarta.

**CCLVI. 1410. Indict. IV. 8 Aprilis.**

Одговоръ посланицима Хервое дуче Сплѣтскогъ, на више предложена. (Скраћено.)

Quod respondeatur reverendo patri domino archiepiscopo Spalatensi et sociis, solemnibus ambasiatoribus magnifici et excelsi domini Creuoye Spaleti, ad ambaxiatam quam fecerunt nostro dominio, secundum continentiam suorum capitulorum.

Et primo ad primam partem, differentiae inter serenissimum regem Hungariae et nostrum dominium, . . . . (Hervoja offert suam intercessionem, regratiantur sed dicunt ea non esse opus.)

Ad secundam partem vero, per quam dicunt, quod post discordias habitas per ipsum dominum Creuoyam cum serenissimo domino rege Hungariae, secuta pace, ipse dominus rex dedit et donavit sibi et heredibus suis perpetuis temporibus Spalletum et tres insulas, videlicet: Curçolam, Faram et Braciam, ac etiam castrum Almissii, Narentam et totam Craynam; et quia publice divulgatur, quod nostrum dominium vult habere omnes civitates Dalmatiae, ac insulas castra et loca maritima, ideo vellet perscire voluntatem dominationis nostrae, utrum in his locis nostra dominatio concipit seu intendit impedire, et quam voluntatem in predictis nostra dominatio gerit circa ipsum. Et si pro custodia

sui domini ipsam oporteret armare galeas seu barchas, vellet scire qualiter poterit esse tuta et a nostris tractata.

**Capta.** Respondeatur: Quod veritas est, ut potest sibi fore notum, quod novitus emimus justo titulo et juridice Jadram et alias omnes terras et loca Dalmatiae ac jurisdictiones illarum, a domino rege Ladislao, ut a vero dominatore rei, et pro magno precio; itaque de jure ille ad nostrum dominium pertinent atque spectant, et ideo alienatio non potest nec pertinet fieri ab alio, quam a nostro dominio, sed considerato quod ut prediximus, ipsum dominum Creuoyam dileximus semper et diligimus ac tenemus in bonum et verum amicum nostri domini, et sic sumus certi versa vice, quod sit, et velit constantissime esse amicus noster bonus, sumus contenti quod teneat Spalletum et loca quae tenet ad presens, vivendo nobiscum in bona viciniantia, et tractabimus et tractari mandabimus loca et omnes habitatores locorum, quae ille dominus tenet ad presens, tam in mari quam in terra amicabiliter et fraterne, observante ipso sic versa vice a parte sua. Verum quod promittat non dare aliquo tempore auxilium, consilium, nec favorem contentium victualium nec armorum, nec alicuius rei, aliis terris et locis Dalmatiae, quae forent inimice inobedientes et rebelles nostro dominio. Nam nostra dominatio pro magnificentia sua et illa pro nobis, ex intuitu mutui amoris, debent

querere illa, quae sint conservativa perpetuae amicitiae et caritatis.

(Adest adhuc capitulum tertium per quod petit. ut recipiatur in civem et nobilem Venetum et ut titulus eius ponatur ita, ut mutetur voyvoda in dux Spaleti et partium inferiorum comes et cetera de quibus sunt multae diversae propositiones et opiniones, primum acceptatur, de secundo se excusant.)

Secr. Cons. Rogat. Lib. IV. ch. 111.

### CCLVII. 1410. 31. Maii.

Уредба о новцима, кои ће имати тежай и вредност у Млетачкој Далмацији.

Capta. Cum in civitate nostra Jadrae et partibus illis, currant et expendantur aliae monetae quam nostrae, videlicet monetae trium conditionum. Videlicet moneta quam cudit Creuoya et aliqui alii, videlicet grossos de bono argento valoris soldorum trium et minus, et expenduntur pro soldis quatuor; et soldini Hungariae, qui non valent denarios VIII et expenduntur pro uno soldo; et frignachi qui non tenent tres uncias argenti pro marca, et etiam expenduntur pro uno soldo. Et hoc modo moneta nostra, videlicet grossi nostri, qui valent quatuor soldos, et soldus noster exeunt, de bursis nostris et dantur venientibus Jadram et ad partes illas, qui ipsam monetam nostram imbursant et dimittunt mo-

netas suas, quae sunt multo minoris valoris, cum tanto damno nostro, itaque bonum imo necessarium est providere, consideratis magnis expensis deinde, et quod in omni parte mundi quilibet dominus et quodlibet dominium multam advertentiam et provisionem semper habet ad factum monetarum. Vadit pars: Quod possint et debeant cudi et fieri una moneta, quae teneat tres uncias argenti pro marcha, et vadant XLII pro uncia, faciendo figuram sancti Marci apparati ab uno latere, et ab altero latere unum schutum altum, in quo sit nichil, ita quod erit ita modica differentia, quod considerato, quod de dictis frignachis fiunt et cudiuntur cum diversis stampis, dicta nostra moneta capiet subito cursum. Et mandetur rectoribus Jadrae, quod teneant modum, quod expendatur dicta moneta, faciendo et ipsam recipi in solutionem nostrorum introytum. Et ut fiat de ipsa experientia, debeant cudi et fieri pro nunc de dictis frignachis usque ad ducatos mille, mittendo ad partem ad partem, ad partes Jadrae sicut erunt facti. Et secundum quod videbitur dictam monetam novam respondere utilitati nostrae, poterit provideri per hoc consilium prout bonum videbitur.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 118.

**CCLVIII. 1410. 26. Julii.**

Наставленъ за байлъя Константинопольскогъ, кои има  
уни Турскомъ султану у послу Албаніе  
и Балше. (Скрафено.)

**Ser Francisco Michael, baiulo in Constantinopoli, scribatur in hac forma: Capta in collegio.**

**Fecimus vobis assignare ducatos mille nonaginta unum, grossos decem et partes tresdecime ad aurum, pro resto et complemento annualis solutionis promissae . . . Musulman Çalapi pro terris Albaniae, pro Patrassio et pro Nepanto.**

**Et propterea cum applicueritis in Constantinopolim, debeatis esse cum praecessore vestro et aliis mercatoribus nostris de inde, qui vobis videbuntur, et informare vos veridice de statu Musulman Çalapi. Et in casu quo Musulman Çalapi habeat dominium Graeciae, vel sit in statu quod videatur vobis, quod sit recuperaturus statum suum Graeciae, debeatis notificare per vestras litteras dicto Musulman Çalapi, quod habetis et estis paratus nostro nomine, facere et dare suae excellentiae, residuum et complementum solutionum presentis anni, alias ei promissarum pro factis Albaniae, Patrassi et Nepanti; et avisare suam magnificentiam nostri parte, quod sumus certi ipsum habere memoriae, quod sua excellentia promisit facere Balsam Strazimiri et**



matrem observare nobis pacem et non damnificare territoria nostra. Et propterea cum suae excellentiae observemus promissa per nos dicta de causa, ita justum est, et sic requirimus et rogamus eum, quod observetur et observari faciant similiter ea, quae nobis promisit, et hoc dicimus quia Balsa et mater non observaverunt nobis pacem, ymo damnificaverunt et damnificant nobis territoria nostra, concludendo quod placeat ordinare, cui velit per nos assignari pecuniam antedictam, et illi cui ordinaverit ipsam assignare debeatis. Et quod sibi etiam placeat mandare et scribere Balsae, matri, et capitaneis suis existentibus in partibus illis, per modum, quod amplius non damnificent territoria et loca nostra, et quod nobis emendentur et reficiantur nobis damna illata. In casu vero quo reperiretis, quod Musulman Çalapi non esset dominus Graeciae, vel esset in statu, quo non videretur vobis, ipsum esse recuperaturum dominium Graeciae, non debeatis scribere sibi aliquid, sed refineatis pecuniam suprascriptam apud vos, et nos avisetis de statu dicti Musulman Çalapi et fratrum, et de omnibus aliis novis et conditionibus illarum partium.

**CCLIX. 1410. Ind. III. 10. Augusti.**

Привилегија на Млетачко грађанство Волка сына  
цара Лазара.

**Privilegium magnifici et potentis domini Volcho, comitis Sclavoniae etc. ad honorem maioris consilii.**

**Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excellentia in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas prevenire studet honoribus et dotalibus favoribus ampliare, quanto ducatus nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus Volcho, filius quondam magnifici et potentis domini Lazari, comes Sclavoniae et cet. semper fuerit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri domini, sicut per laudabiles et notabiles effectus ostendit notum fieri volumus unicuique, quod omni juris consiliorum et ordinamentorum nostrorum necessaria solemnitate servata, praefatum magnificum et potentem dominum Volcho, cum eius filiis et heredibus ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro maiori**

consilio fecimus et facimus, et de nobilibus do nostro maiori consilio in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari, ipsum sincere dilectionis et benevolentiae brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii cives et nobiles nostri de nostro maiori consilio gaudent, prefatus magnificus et potens dominus Volcho et sui filii et heredes, in Venetiis et extra ubique plenissime gaudeant et utantur. Nobis quoque prefatus magnificus et potens dominus Volcho per suum legitimum procuratorem ad sancta dei evangelia fidelitatis debitum prestitit juramentum. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorum presens privilegium fieri iussimus et bulla nostra plumbea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo decimo, mensis augusti die decimo, terciae indictionis.

Providus vir Marinus de Stefano de Ragusio, nuncius et procurator predicti magnifici domini Volcho, iuravit in manum dicti sui domini.

Liber privileg. I-mus, charta 165.

### **CCLX. 1410. 20. Octobris.**

Одговоръ управительнама Задра у послу тврдинѣ Островице, кою Млетчињи гледе кунти одъ войводе  
Сандала.

Capta. Cum castrum Ostroviç, de quo fit mentio in litteris nostrorum rectorum

Jadrae, sit situatum in loco, qui si perveniret ad manus regis Hungariae, cederet ad magnum periculum locorum nostrorum Dalmatiae, et si perveniret ad manus nostras vel conservaretur in manibus Sandali, ut est ad praesens, redundaret in magnam securitatem et commoditatem agendorum nostrorum in partibus illis Dalmatiae. Scribatur rectoribus nostris Jadrae in hac forma, videlicet.

Recepimus litteras vestras datas octavo mensis instantis, continentes castellanum castri Ostroviçae petiisse a vobis subsidium pro conservatione dicti castri, et responsionem per vos nuncio suo factam, et informationem vobis datam per illum Jadrensem, qui dicit nuncium dicti castellani ei motiçasse, quod quum dictum castrum tenere non posset, potius daret illud nostro dominio, quam alicui alteri. Et propterea cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis scribimus et mandamus, quatenus debeatis per illum modum, qui vobis prestior et securior videbitur, prosequi ad tractandum et induci faciendum castellanum dicti castri Ostroviçae, quod det et assignet dictum castrum in manibus et sub custodia nostri domini. Et si illud castrum habere poteritis, debeatis ipsum accipere et custodiri facere bene et sufficienter, ut conservetur ad honorem nostrum. Quando vero ipsum castrum habere non possetis, debeatis dare dicto castellano

illum favorem et subsidium ballistariorum et peditum, usque ad viginti in vigintiquinque, qui vobis videbitur opportunus, pro bona custodia et conservatione dicti castri, ne perveniat ad manus regis Hungariae, vel subditorum aut sequatium suorum, quia cederet nimis ad damnum et periculum locorum nostrorum Dalmatiae. Verum quia posset occurrere, quod pendendo tractatum de habendo dictum castrum in manibus nostri domini, illud castrum posset propter dilationem subsidii subiacerere periculo eundi ad manus alienas, volumus quod si vobis videbitur esse necessarium dicto castro subsidium, debeatis et pendente et non pendente tractatu, quum vobis videbitur expediens, dare et mittere dicto castellano dictum soldum nostrum, ne ullatenus vadat ad manus regis Hungariae, vel subditorum et sequatium suorum, sed perveniat ad manus nostri domini si possibile fuerit, aut conservetur in manibus Sandali, prout est ad praesens. Et de omnibus quae sequentur debeatis nos prestissime informare, ac etiam de introitibus dicti loci et expensis, quas oporteret nos habere pro custodia dicti loci.

(Затимъ слѣдуе мало променѣно исто писмо, у комъ су найважнѣе промене ове :

Quod respondeatur rectoribus **J a d r a e**, ad id quod scripserunt de subsidio eis quaesito per castellanum castri **Ostrovyc**... et

quod senserunt per medium Gabriellis  
 Nos dro gna nobilis Jadrensis . . . . .  
 debeant significare Castellano predicto . . .  
 quod dominatio nostra habito respectu ad  
 amorem, quem gerit domino suo Sandali,  
 sibi precepit, quod castellano predicto pro  
 honore et comodo dicti domini sui, dare de-  
 beant illud honestum subsidium, quod eis vi-  
 debitur, in quantum sit ei necessarium . . . .  
 . . in quantum sentiret Sandali perdidisse  
 statum suum et dictum castrum non posse  
 conservare nomine suo tunc. . . . .  
 . . possint expendere usque ad summam du-  
 catorum trium millium vel quator millium,  
 prout melius facere poterunt et cet.

А на листу 142 опетъ има писмо „rectoribus  
 Jadrae“ о истомъ предмету, где стои: quod dic-  
 tus castellanus (Ostroviçae) con-  
 siderata conditione domini sui (Sandali)  
 et qualiter facta sua cedunt, timens ne  
 castrum illud sibi auferatur aliunde, liben-  
 ter exiret de eo. . . . .

а ниже налаже имъ се да могу дати:

. . usque ad quantitatem ducatorum quinque  
 millium in totum solvendorum, habita posses-  
 sione et tenuta dicti castri.)

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 139.

**CCLXI.** 1411. Indict. IV. 13. Aprilis.

Уговоръ куповине тврдинѣ Островице, коју су Млетчињи  
 купили одъ войводе Сандала.

Instrumentum emptionis castri Ostro-

vice et donationis facte illustrissimo domino jurium civitatis **S c a r d o n a e**.

In Christi nomine. Amen. Anno incarnationis ejusdem millesimo quadringentesimo undecimo, indictione IV die XIII mensis Aprilis, tempore serenissimi principis et domini nostri, domini **M i c h a e l i s S t e n o** dei gratia ducis Venetiarum etc. nec non magnifici militis domino **Zacharia Trivisano** juris utriusque doctoris et honorabilis comitis civitatis **Jadra**, reverendus vir dominus **Theodorus archidiaconus Bosinensis** procurator, et procuratorio nomine magnifici domini **S a n d a l i B o s i n i e v a i v o d a e** supremi, nec non magnificae dominae, dominae **Annae** ejus socrus relictæ domini **Volzi banni**, constituentium pro se ipsis, et eorum nomine proprio, et pro domina **Catherina** consorte prefati magnifici domini **S a n d a l i v a i v o d e**, et filia dicte domine **Anne** et dicti quondam domini **Volzi bani**, de qua de rati habitione promittentes, ut de procuratione patet, patentibus literis dictorum domini vaivode, et domine **Anne** socrus ejus, datis in castro **Cluz**, anno nativitatis dominice 1410, **XXVIII** mensis **Decembris**, in lytera slavonica, appensione ipsius domini **Sandali**, et domine **Anne** duorum eorum sigillorum munitis, habens ad hoc factum speciale mandatum, ut dicto patet privilegio, dicto procuratorio nomine, dedit, vendidit, et tradidit, magnificis d. **Zacharia Trivisano** militi, utriusque juris doc-

tori, et pro ducali dominio Venetiarum honorabili comiti civitatis Jadre, nec non domino Petro Arimundo honorabili capitaneo ejusdem, ementibus et recipientibus vice et nomine prelibati illustrissimi ducalis domini Venetiarum, habentibus ad hoc speciale mandatum, ut ipsius prelibate ducalis dominationis patet literis bulla plumbea pendente signatis, datis Venetiis ipsius ducalis domini 1410, indictione V, die 8 mensis Novembris, presentibus, recipientibus, et stipulantibus vice et nomine prefati ducalis domini civitatis Venetiarum, castrum Ostrovice, situm in Croacia, infra suos veros confines, quos longos habet, et incomprehensibiles, nec scribi possent longitudine viarum, et innotorum nomen circumstantium, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, jurisdictionibus, servitutibus, et emolumentis villarum circumcirca sibi respondentium, montibus, planiciis, spaciis, collibus, vallibus, aquis et aquarum decursibus, agris cultis incultis, locorum et hominum servitutibus, respondentibus dicto castro honorantiis et omagiis, et cum omnibus massariciis, et munitionibus, que essent et sunt in dicto castro, exceptis villarum proprietatibus, specialium personarum, et signatim comitis Alexii prefati d. vayvode servitoris, et egregii militis domini Symonis de Detricio civis Jadrensis, et ser Gabrielis de Nosdrogna, villis que a rege Ladislao suo privilegio eisdem donata dignoscuntur, per suprascriptum dominum



vaivodam etiam suo privilegio confirmatae, et que tamen tenentur castro debitum redere, secundum consuetudinem nobilium castri villarum et locorum predictorum, et cum omnibus aliis, que jure dicti castri infra ejus metas habet, tenet, et possidet, habuerit, tenerit, et possederit, per tempora longissima retroacta, et usque in presentem diem, et hoc precio et nomine precii ducatorum quinque millium auri boni, et justi ponderis et cunei Venetiarum, quod precium dictus procurator, et venditor antedictus fuit confessus et contentus habuisse, et recepisse, et sic re vera habuit, et eos prefati emptores, prelibati ducalis domini Venetiarum eidem procuratori, dictis nominibus in presentia testium infrascriptorum, et mei notarii infrascripti, dederunt tradiderunt et numeraverunt quantitatem ipsam et dictum precium, exceptioni sibi dictis nominibus non dati non soluti, et non numerati precii, omnique alii legum auxilio omnino renunciando, promittens dictis nominibus per eos ejus constituentes et heredes et successores ipsis emptoribus dicto nomine stipulantibus et recipientibus, litem vel controversiam eis dicto nomine ullo tempore non inferre, nec inferrenti consentire, sed ipsum castrum tam in proprietate quam in possessione, ab omni homine, comuni, et universitate legitime defendere, et disbrigare, atque exalumniare, et predictam venditionem et omnia et singula suprascripta, et infrascripta

firma rata grata habere tenere, et non contrahere vel venire, dictis nominibus per se vel alium aliqua ratione vel causa, de jure, vel de facto, sub pena dupli valoris dicti castri, qua pena soluta vel non, firma et incommutabilia remaneant omnia et singula superscripta, et infrascripta. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis, et observandis, dictis nominibus obligavit dictorum ejus constituentium omnia bona mobilia, et immobilia, et tam habita quam habenda. Item dictus procurator dictis nominibus ex causa donationis pure simpliciter et irrevocabilis inter vivos, dedit cessit transtulit et mandavit, prefatis dominis rectoribus Jadre, pro eodem ducali dominio Venetiarum recipientibus, ut super omnia jura et omnes actiones reales et personales utiles et directas, quas dicti sui constituentes habent seu unquam habuerint in civitate et districtu Scardonae, cum omnibus suis juribus, et pertinentiis, adiacentiis, redditibus, honoribus, et emolumentis, et in omnibus, que dicte terre Scardone spectant, spectarent, seu spectassent modo quocunque, dicto procuratori dictis nominibus dictos commitem, et capitaneum rectores predictos dicto nomine, ponentes in locum suum nominibus antedictis Ita quod amodo in antea, dictum ducale dominium possit dictam civitatem Scardonae, et omnia sibi pertinentia tenere dominari pro libito voluntatis, et possidere, salvo dicto domino Symoni militi, et Gabrieli juri-

bus eorum, ut in superiori dictum est, et promittens solenni stipulatione predictam cessionem donationem, et omnia et singula supra scripta firma rata, et grata habere tenere, et non contrafacere vel venire aliqua ratione et causa, de jure vel de facto, quam donationem in perpetuum irrevocabiliter firmam habere, et tenere dictis nominibus promisit, dictis rectoribus dictis nominibus stipulantibus, sub pena viginti millia ducatorum auri, stipulatione solenni premissa, pro qua pena, et omnibus premissis dictis rectoribus dictis nominibus recipientibus, obligavit dictis nominibus omnia bona dictorum ejus constituentium, qua pena soluta, vel non, predicta omnia rata permaneant: ac promisit dictis nominibus dictam donationem non revocare in vita vel in morte suorum constituentium, neque occasione ingratitude, nec supervenientium liberorum occasione. Quam donationem, quia summam quingentorum aureorum excedere novit, et similiter plurium donationum vires obtinere dictis nominibus, voluit in tot partes divisam ac nulla excedere possit summam .V. centum aureorum rei predictae donate, renunciando dictus procurator omnibus et singulis beneficiis, que sibi de jure competere, et omnibus exceptionibus quibus contra premissa, vel aliquod premissorum posset aliquid quomodolibet excipi obici vel opponi.

Actum Jadrae in camera palatii supra dicti domini comitis et suae habitationis, presentibus nobilibus viris domino Guidone de Matafaris milite, et ser Thomasio de Petrigo civibus Jadre, et ser Bernardo Maripetro nobile cive Venetiarum, et Martino de Cremona habitatore Jadre, testibus rogatis et aliis.

Ego Joannes Binico, civis et habitator civitatis Padue, natus comendabilis viri ser Petri Bianco de Padua publicus imperiali auctoritate notarius, nec non cancellarius magnifici et generosi viri domini Andree Quirino, clarissimi comitis Jadre. et ipsius civitatis Jadre iuratus, suprascriptum venditionis instrumentum, ex nothis et prothocolis comendabilis viri ser Joannis de Casulis olim cancellarii comunis Jadre, de mandato et commissione prefati domini comitis scripsi, et in hanc formam publicam redegi, prout inveni, nihil in eo addens vel minuens, signumque meum tabellionatus apposui consuetum, sub die 4 mensis Augusti, indictione VII. in fidem et testimonium promissorum.

Commemoriale X. ch. 172.

## CCLXII. 1411. Indict. IV. 8. Maii.

Одговоръ посланицима Сандаловимъ на два њьова закѣтѣваня, одъ кои едно тиче се града Котора.

Capta. Quod istis ambassadoribus magnifici domini Sandali, qui porrexerunt certa capitula pro parte domini sui, res-

pondeatur ad duo solummodo capitula pronunc, ut inferius.

Et primo ad unum, per quod suplicant habere passagium nostrum unius galee, ut frater ipsius Sandali possit transire in Apuleam ad dominum regem, suis expensis et cet.

Respondeatur, quod in omnibus nobis possibilibus complacere suae magnificae fraternitati, sumus contenti concedere sibi transitum, itaque cum una ex galeis vel galeotis nostris ipse frater suus conducetur, sicut requirit, et ad nostras expensas, et sic offerimus.

Item detur libertas collegio practicandi sive praticare faciendi, per aliquos ex dictis datis pro auditoribus cum prefatis ambassatoribus Sandali, et similiter cum ambasata Catari, si posset teneri modus et trahi ab ipsis, in casu quo haberent libertatem, quod ipse Sandali foret contentus sive ambassatores predicti, nomine suo, pro certa pecunia, renunciare juribus quae dicit habere per directum sive per indirectum in Cataro, et quod ipsi ambaxiatores Catari nomine comunitatis illius se obligarent, solvere per annum dictam promissionem pecuniae, et experiendi per omnem modum et viam possibilem, quod haec intentio nostra sequi possit, pro contentamento cuiuslibet partium, nam hoc potente sequi, dominatio nostra haberet intentum suum, et remaneret sine sus-

pectu amica partium. et sine ulla expensa sua; et habita informatione a predictis ambaxiatis et tracto ab ipsis ambassiatoribus quidquid poterit super tali pratica et materia, debeant postea venire ad istud consilium, cum eo quod praticatum fuerit, et deliberari id quod huic consilio melius et utilius apparebit, pro bono agendorum nostrorum.

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 175.

### **CCLXIII.** 1411. Indict. IV. 20. Maii.

Одговоръ посланицима Садала у послу Котора; у комъ нуде Млетичѣи обадвема странама своје посредоваѣ.

Capta. Cum pridie captum foret in hoc consilio rogatorum, et accepta libertas de possendi praticare cum ambaxiatoribus Catari pro facto ipsius terrae Catari, de qua ipse Sandalli per suos anbaxiatores nos requisivit, ut velimus nos non impedire; et ipsi ambassatores Catari jam recesserint de Venetiis, itaque non potest sequi id quod captum fuit, nec quod fuit intentio tenere, de experiendo reducere partes ad terminos, quod nostra dominatio sine expensa et exbur-satione pecuniae haberet intentum suum; et ipsis ambassatoribus sit conveniens responderi in forma honesta et convenienti, et cum respectu honoris et multarum consequentiarum super tali facto, et precipue nunc, quum Sandalli habet secum ut dicitur, VII mille Turchorum. Vadit

pars, quod dici et responderi debeat super ipso capitulo dictis ambaxiatoribus Sandalli, quod veritas est, quod a nostro dominio non processit nec quaesivimus unquam accipere illam terram Catari in nos, sed est verum, quod illa comunitas a se et cives se moverunt ad proponendum et offerendum illam terram nostro dominio, asserendo et demonstrando, non fore obligatos alicui, sed fore in libera voluntate sua; et ex hoc miserunt suos ambaxiatores ad nostrum dominium; et nos multis consideratis et habitis multis respectibus, et maxime videntes animos suos promptos ad non standum in termino quo stant, et dubitantes ut ipsa terra non vadat et capiet ad manus potentiae, de qua ipse Sandali et alii nostri fratres et boni amici essent male contenti, et nostro dominio esset displicibile et molestum, dedimus aures eis et audivimus bene suam dispositionem. Sed nihilominus quia ipse dominus Sandalli nobis facit tot preces, et tantum caritative et fraterne requirit nos, ut placeat nobis non impedire nos de ipso Cataro, considerata intrinseca benivolentia et caritate, quam suae magnificae fraternitati gerimus, sumus contenti complacere magnificentiae suae, et non se impedire in dicta terra. Verum quia comprehendimus et videmus dispositionem et animos ipsorum Catarinorum valde ferventes ad non standum in hoc termino, ut est dictum et velle dare se alteri, et videmus quod re

linquendo nos factum, sicut facere volumus in complacentiam suae magnificentiae, animi sui magis indurabuntur, et forte conabuntur capere partitum alium, qui esset damnosus sibi et non gratus nobis, dicimus quod utile foret et segura res, evitare talia dubia. Et propterea si placet suae magnificentiae, quod interponamus ad querendum de aptando differentias et discessionibus, quae sunt inter suam magnificentiam et illam comunitatem Catari, et ponere concordium et bonum medium inter ipsas partes, ad hoc nos offerimus paratos leta mente, tanquam pro fratre et amicis nostris. Et in casu quo ipse Sandalli sit contentus vel sui ambaxiatores contententur de hoc, et assentiant huic opinioni, ex nunc captum sit, de interponendo nos in dicto facto, vel hic Venetiis inter ambaxiatores utriusque partis, vel de mittendo aliquem vel aliquos nostros, vel comittendo nostris capitaneis vel rectoribus hanc facendam, secundum quod melius videbitur collegio deputato, nam praticando ipsam facendam, de levi partes poterunt reduci ad tale concordium et terminos, quod haberemus intentum nostrum, secundum quod optamus.

Secr. Consil. Rog. Lib. IV. ch. 176.

### CCLXIV. 1411. 4. Junii.

Наставленъ за Млетачкогъ капетана Кулфа Адриатичкогъ,  
у послу Балше. (Скрафено.)

Nos Michael Steno dei gratia dux



Venetiarum et cet. Comittimus tibi Petro Lauredano, capitaneo nostro Culfi . . . (овде се найпре говори много о утврђењу Шибеника града, и о превозу посланика къ султану Турскомъ, а после продужуе као што иде) . . . et sollicitans iter tuum quantum prestius poteris, ire debeas Dulcignum, et ibi te informare debeas a rectore nostro dicti loci, de novis et conditionibus partium praedictarum, et de motibus et progressibus Balsae; et habita informatione debeas ire in flumarium Scutari et ire sanctum Serzium, et providere de loquendo cum comite et capitaneo nostro Scutari, et ab eo debeas te similiter informari de novis et conditionibus partium praedictarum, et de motibus et conditionibus Balsae, et sumpta omnium plenaria informatione, tam si dictus Balsa fecerit novitatem terris et locis nostris quam non, cum consilio dicti ser Jacobi Trevisano et comitis et capitanei nostri Scutari, scribere debeas dominae Helenae Stracimiri et Balsae, quod sicut ipsi sciunt, miserunt ad presentiam nostram aliquos ex suis, similiter scripserunt nostro dominio intentionem suam, et nostra dominatio eis respondit, quod per capitaneum suum Culfi eis faceret responsionem, et mitteret eum cum libertate tractandi et concludendi bonam pacem inter partes, et quod nostra dominatio volens observare promissa, misit te ad dictas partes et habes libertatem

a nobis tractandi et concludendi bonam pacem inter ipsos et nos, pro bono et quiete partium praedictarum, et quod propterea provideant de essendo tecum, vel de mittendo de suis, ut possis cum eis esse et facere ea, quae habeant pacem et quietem inducere inter partes.

Et quia sumus certi, quod dicta domina Helena et Balsa, audita requisitione tua, providebunt aut de loquendo tecum aut de mittendo aliquos ex suis ad te, pro vidento et sciendo intentionem nostram super pace tractanda inter partes; volumus quod simul cum dicto ser Jacobo Trivisano, debeas perquirere, investigare et sentire intentionem dictorum dominae Helenae et Balse, et quid vellent per nostrum dominium eis fieri, et quia non dubitamus, quod dicta domina Helena et Balsa petent, ut sibi dare debeamus Antibarum pro eorum habitatione et reductu, sicut alias fecerunt, volumus quod ad hoc respondere debeas, quod nostra dominatio, propter promissiones factas Antibarensibus hoc nullo modo pro honore nostro faceret. Sed ut videant et cognoscant, intentionem nostram esse bonam erga eos, et nos esse dispositos velle secum in pace vivere, nostra dominatio est contenta sibi dare Buduam cum salinis et jurisdictionibus suis, et ultra hoc contractam Saboianae, et ducatos mille in anno, sicut habebat quondam dominus Georgius Stracimiri, de in-

troitibus **Scutar**i; et si de hoc essent contenti bene quidem. quando non, damus tibi libertatem promittendi ducatos mille et quingentos in anno, cum aliis conditionibus superscriptis; et si ad hoc non contentarent, sumus contenti quod promittere debeas eis ducatos duos mille in anno de introitibus **Scutar**i, dando similiter eis **Buduam** et **Saboianam**, prout superius continetur. Et si erunt contenti concludere pacem tecum per aliquem modorum superscriptorum, tunc in bona gratia illam concludere debeas, et ob hoc tibi fieri fecimus syndicatum ad plenum, in forma necessaria et opportuna.

Si vero dicti domina **Helena** et **Balsa** nolent venire ad pacem per aliquem modorum superscriptorum, sed starent firmi et constantes in volendo **Antibarum**, tunc in isto casu sibi dicere et respondere debeas, quod tu non habes aliam libertatem nec mandatum a nostro dominio, et quod videtur tibi necessarium esse, postquam ad ea quae sibi offers ex parte nostri domini, quae sunt iusta et rationabilia, nolunt condescendere, facere inter partes **treugas** sive **suffrentias**, et factis dictis **treugis** tu scribes nostro dominio intencionem suam et omnia quae petunt, et ipsi similiter possunt mittere ad presentiam nostram suos ambaxiatores, quibus tu facies nostro nomine salvum conductum ad plenum, ut possint inter partes reperiri de modis et viis possibilibus, per

quas ambae partes possint ad bonam conclusionem et pacem devenire. Et si erunt contenti facere dictas treugas, procurare debeas, quod fiant per illud maius tempus, quod poteris obtinere, faciendo suis ambaxiatoribus salvum conductum nostro nomine, ut possint secure ad presentiam nostram venire . . . et cet.

(Слѣдує іошъ много о другимъ разнимъ стварима, па на краю ово:

Ser Petrus Ciurano vult: ut detur eis etiam Antibarum cum suis confinibus, et Budva cum salinis et confinibus, et ducati mille in anno, saltem ut fiat pax.)

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 181.

### CCLXV. 1411 28. Augusti.

Дав се властъ кнезу и капетану Скадарскомъ, да може погодити Јована Кастриота и Ђорџа и Алексу Јураше, да помажу съ войскомъ Млетчињима противъ Балше, ако се овај небы помирио.

Capta. Cum comes et capitaneus noster Scutari per litteras suas, datas die 12 mensis Julii elapsi, scripserit, quod post recessum nobilis viri Ser Petri Lauredano, capitanei nostri Culfii, pervenit ad pacem cum Balsa Stracimiri per illum modum, quem dictus capitaneus praticaverat, videlicet de dando Balsae Buduam cum pertinentiis suis, contra tam Saboianae et ducatos Imille in anno de introitibus Scutari, quae pax debebat usque 15 dies tunc proximos

confirmari et pacta reduci in scriptis; et subiungit dominus comes et capitaneus Scutari, quod putat quod dictus Balsa non observabit pacem predictam, per ea quae continue fecit, et quod per ea quae sentit, tempore vindemiarum idem Balsa veniet ad vindemiandum. Et per ea quae dictus Balsa solitus est facere, bonum et utile est providere, cum dictus comes et capitaneus Scutari scribat, quod Juannus Castrioti, qui est potens in partibus illis, multoties se obtulit ad servitia nostri domini, et offert se mittere contra dictum Balsam, equos trecentos Turchorum, et equos duo mille de suis, et plures si plures erunt necessarii, et defendere et sustinere territorium nostrum contra dictum Balsam, et quamlibet aliam personam, et dictas gentes mittere singulo anno totiens quotiens esset necessarium, habente dicto Juanno ducatos mille singulo anno a nostro dominio; vadit pars: quod respondeatur dicto nostro comiti et capitaneo Scutari, quod litteras, die predicto datas, recepimus et intelleximus diligenter, et quod credimus, quod Balsa fuerit contentus devenire ad pacem per modum superius descriptum, et quod illam observabit, sicut inter partes fuerit conventum; quam si observabit prout conventum erit, debeatis similiter illam vos ex parte nostri domini observare et manutene-  
re, et illi non cotrafacere ullo modo. Si vero dictus Balsa dictam pacem non con-

clusisset, et si conclusisset et postea illam non observaret, detur libertas dicto nostro comiti et capitaneo, accipiendi Juannum Castrioti ad provisionem nostram in hunc modum. Videlicet: quod dictus Juanus teneatur et debeat semper in omni casu necessitatis, tam contra Balsam, quam contra quamlibet aliam personam, volentem venire ad damna et oppressiōnem terrarum et locorum nostrorum et territorii nostri, venire cum II mille equis ex suis, et cum pluribus si plures essent necessarii, vel cum illa quantitate, quae erit ad hoc necessaria. Et si de hoc erit contentus, debeat dictus noster comes et capitaneus Scutari, sibi promittere de provisione singulo anno ducatos mille, de introitibus nostris Scutari. Sed quia hic per aliquos fertur, eundem Juannum non esse potentem ad hoc, et fuerimus informati, quod Georgius et Lexius Juras essent potentes ad faciendum intentionem nostram, detur libertas dicto nostro comiti, quod possit expendere inter dictos Juannum, Georgium et Lexium Juras, dictos ducatos mille de introitibus Scutari singulo anno, dividendo illos inter praedictos, prout dicto nostro comiti melius videbitur. Et si dicti Georgius et Lexius Juras nollent nobiscum esse, et dictus Juanus sit potens ad hoc, detur libertas dicto comiti, componendi cum dicto Juanno, dando sibi dictos mille ducatos, ut superius continetur.

**Ser Victor Superantio sapiens ordinum vult, quod sibi promittantur, videlicet: Juanni Castrioti, Georgio et Lexio Juras inter omnes, ducati mille et quingenti singulo anno de introitibus Scutari.**

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 189.

## **CCLXVI. 1411. (Indict. IV.) 9. Januarii**

Налаже се кнезу и капетану Скадарскомъ, да свакояко гледи заключити са Балномъ миръ или примиріе, како бы Млетчѣни могли изъ његови предѣла добивати жито.

**Capta. Quod auctoritate huius consilii scribatur et mandetur comiti et capitaneo Scutari, quod quia non sunt secutae treuguae inter nostrum dominium et dominam Elenam et Balsam, prout fuisset et esset intentionis nostri dominii, redundavit ad magnum incommodum nostrum. quia secundum informationem nobis datam, per illam viam habuissemus magnam quantitatem frumenti. Et quod propterea debeat omnino procurare et sollicitare, de veniendo ad pacem cum Balsa et domina Elena predictis, secundum quod habet in mandatis, vel de faciendo treugas et sufferentias per illud maius tempus quo poterit, ut de dictis partibus possimus frumentum habere, pro ubertate terrae nostrae.**

Secr. Cons. Rog. Lib. IV. ch. 226.

**CCLXVII. 1412. Indict. V. 10. Aprilis.**

Управителњима Задра налаже се, да гледе повратити ако и за новце, тврдишо Островицу, коју су неки Морлаци преваромъ освоили.

**Capta.** Cum rectores nostri **Jadra** e scripserint nostro dominio, quod castrum **Ostrovich**, quod emimus a **Sandalo**, furatum et acceptum sit per certos **Murlachos**, quod non est sine infamia nostri domini, et incomodo nostrorum locorum de inde; et experimentandum sit, de recuperando dictum castrum, si hoc fieri potest per denarios; Vadit pars: quod scribatur nostris rectoribus **Jadrae**, quod displicentur intelleximus litteras suas, per quas nobis scripserunt, castrum **Ostrovich** acceptum et furatum fuisse de manibus nostrorum per illos **Murlachos** de inde, quod videmus procesisse propter malam custodiam, quae fiebat. Sed quia optamus ipsum recuperare pro honore nostro et commodo locorum nostrorum de inde, detur dictis rectoribus libertas, possendi expendere usque ad summam ducatorum trium millium, et ab inde infra, prout melius facere poterunt, illis qui acceperunt et tenent castrum predictum, si volunt illud dare et restituere nostro dominio. Et si haberent modum, dictum castrum per viam pecuniae vel per aliam viam posse recuperare et habere, tunc sequantur ad tractatum, et nobis presto scribant in quibus terminis erunt,



ut de pecunia mittenda possimus providere, prout erit necessarium.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 10.

## CCLXVIII. 1412. 22. Aprilis.

Одговоръ посланнику великогъ войводе Сандала, на разна предложена.

Capta. Cum ad presentiam nostri domini nuper comparuerit unus ambaxiator magnifici domini Sandali, et explicaverit tria in effectu; videlicet, primo; in excusando se erga nostrum dominium, si sicut notum est, ivit personaliter ad dominum regem Hungariae, quoniam si hoc fecit, processit tanquam requisitus multocius et obligatus sibi; et quod non obstante, quod pluries recusavisset ire, denique non possendo aliter facere, ipsum oportuit ire; notificando et clarificando nostrum dominium, quod quia semper habuit maximam reverentiam et optimam dispositionem et affectionem nostro dominio, et etiam quia scit primitus fuisse obligatum nobis, quam domino regi predicto, velimus esse certos, quod nunquam tractaret nec consentiret facere rem, quae foret contra honorem nostri domini et statum nostrum, nunc nec in futurum. Secundo, quod quia sicut notum est alias, ipse et eius consors et socera depositari fecerunt in Venetiis ad cameram nostram frumenti, ducatos XII mille cum certis pactis et conditionibus, et amba-

xator suus asserat habere literam credentiae domini Sandali, et litteras consortis et socerae, placeat et velimus facere pecuniam suam dividi et aptari, secundum quod ad eos tangunt.

Tertio, quod recomendat nostro dominio Balsam, rogando nos ut placeat nobis assumere ipsum ad gratiam, et dicendo quod est dispositus velle esse bonus filius et servitor nostri domini, et servare promissiones quas faciet, et si hucusque non servavit et fecit ultra voluntatem et mandata nostra, fecit ob teneritatem annorum et iuventutem suam. Sed quod ipse Sandali obligabit se et promittet, quod Balsam attendet et observabit omnes promissiones et cet.

Ad quae omnia, quia praefatus ambaxiator requirit responsionem a nostro dominio, est bonum et conveniens respondere, vadit pars: quod fieri debet responsio sibi in hac forma. Et primo ad primam partem accessus ipsius Sandali ad dominum regem Hungariae, dicatur: quod quia semper tenuimus ipsum magnificum dominum in honorabilem amicum nostrum, et optime dispositum ad honores nostros, sicut nobis fecit oretenus explicari et dici, idcirco reddimus nos certos, quod licet iverit ad dominum regem, idem dominus Sandalli propter promissiones factas nobis alias, non fecisset nec faceret aut tractaret aliquid contra nos, nunc et in futurum.

**A d s e c u n d a m** partem de facto duca-  
torum XII mille, quos dictus Sandalli requi-  
rit pro se, et nomine socere et consorti-  
s, dicendo habere litteras pro parte ipsa-  
rum dominarum et cet. Respondeatur, quod  
audivimus expositionem sui ambaxiatoris in  
hac parte, et vidimus suam litteram libertatis  
datae suo ambaxatori; et licet sit etiam una  
littera pro parte duarum dominarum sic lar-  
ge facta, tamen propter ordines nostros di-  
cimus, nos non posse movere talem pecuniam  
conditionatam et obligatam in tali modo et  
forma, sicut est et fuit intentionis suae et  
dominarum praedictarum, ac sicut notatum  
est in libris officii, ubi est pecunia depositata.  
Et propterea, nisi veniret aliqua persona cum  
litteris et sindicatu ad plenum, pro parte ip-  
sarum dominarum, non possemus ullo modo  
movere scripturam de pecunia, nec transla-  
tare aut facere ullam divisionem, quam per-  
sonam cum miserit ad nos, faciemus iuxta  
voluntatem suam vigore sindicatus.

**A d t e r t i a m** partem de facto **B a l s a e**,  
respondeatur, quod sicut notum potest esse  
ipsi magnifico Sandalli et toti mundo, nun-  
quam defecit pro nobis, tenere et tractare  
ipsum Balsam tanquam filium et bonum ami-  
cum, et sic faceremus in futurum. Sed obser-  
vantibus nobis tales modos amoris erga ipsum  
**Balsam**, et assumendo ipsum ad gratiam nos-  
tram, et ab alia parte ipse moveat guerram  
et intendat ad damna nostrorum subditorum

et locorum, hoc esse contra omne debitum et conveniens: tamen quia offert se idem dominus Sandali, promissionem facere pro ipso Balsa, et tenere modum, quod observabit promissa, respondemus: quod si idem Sandalli et Balsa mittent ad nos aliquos suos cum sindicatu et libertate ad plenum, ob respectum suae magnificentiae, disponemus facere de rebus, quae erunt iustae et rationabiles erga ipsum, removente se et abstimente nunc et in futurum a novitatibus et damnis inferendis locis et subditis nostris.

Secr. Cons. Rogat. Libro V. ch. 16.

### CCLXIX. 1412. 22. Aprilis.

Одговоръ посланику Балне, кои моли за опроштенъ и обећава за будуће миръ и добро пріятельство.

Capta. Cum pro parte Balsae accesserit ad nostram praesentiam unus eius ambaxiator, cum literis credentiae et cum multis recomendationibus ad nostrum dominium, supplicando, ut dignemur ipsum assumere ad gratiam nostram, et velle sibi parcere, quoniam si aliquid fecit in praeteritum ultra mentem et voluntatem nostri domini. hoc processit ex teneritate annorum et inventute sua, sed quod est dispositus velle esse noster bonus filius et servitor, et nunquam recedere a benplacitis et mandatis nostris, promittendo observare omnia, quae nobis promittet, cum omni firmitate. Verum ut possit vivere sub

gratia et benivolentia nostri dominii, supplicat ut dignemur sibi dare et restituere ea, quae remanserunt post mortem quondam patris sui; quia semper erit fidelissimus et obediens nostro dominio. Et bonum sit facere responsionem condignam dicto ambassatori Balsae, in forma quae sit cum honore nostri dominii, vadit pars: quod respondeatur dicto ambaxiatori, quod ipse Balsa debet multocius comprehendisse optimam intentionem nostri dominii, quae semper fuit, assumere ipsum ad gratiam, dummodo voluisset attendere et observare promissiones factas nostro dominio; sed existentibus nobis in bona dispositione tractatus concordii, ipse intulit damna nostris locis et subditis. Actamen quia magnificus dominus Sandalli nos cum maxima instantia rogavit super hoc, ob intuitum et amorem ipsius domini dicimus, quod si ipse Balsa mittet ad nos aliquam personam simul cum alio ambaxatore domini Sandalli, qui ambo habeant libertatem in hoc et syndicatum ad plenum, cum venerint ad presentiam nostram, disponemus facere erga ipsum de rebus quae sint iustae et rationabiles, ita quod merito habebit contentari, dummodo ipse Balsa se removeat et abstineat ab offensis et damnis inferendis locis et subditis nostris, quoniam sic mandabitur rectoribus nostris, quatenus erga ipsum debeant observare.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 16.

**CCLXX. 1412. 29. Aprilis.**

Заповестъ капетану Кулфа, да што пре притече у помоћ граду Антивару, обеснутому и яко стесниома одъ войске Балшине.

Capta. Cum sicut habetur per litteras comitis et capitanei Scutari, et ser Victoris Delfino potestatis nostri Antibari, dicta civitas sit taliter undique assediata per gentes Balsae Strazimiri, quod in brevi spatio nisi provideatur, et eidem succurratur, subiacet periculo amissionis, cum sit ad extremam necessitatem victualium. Et attenta fide et constantia nostrorum fidelium de inde, et etiam pro honore nostri domini, sit necessarium providere; vadit pars: quod scribatur et mandetur nostro capitaneo Culphi, quod prestissime mittat ad partes nostras Albaniae, unam de galeis nostris Culphi, cum infrascripto ordine et commissione; videlicet quod quam prestius se conferat ad portum nostrum Antibari, pro hortamine loci nostri, et si in illis partibus ibi propingvis invenerit aliquam barcham seu navigium cum frumento, illam conducat ad dictum portum, et det dum ibi erit operam, cum omni sollicitudine, cum conservatione tam hominum et galee nostrae sibi commissae, quod dictum bladum conducatur ad civitatem nostram predictam Antibari, pro victu et sustentacione civitatis predictae; intelligendo se taliter cum potestate nostro

ipsius loci, quod pecuniam dicti bladi recipiat, et bladum presto et tute illuc valeat deferri. Informando etiam nostrum predictum potestatem, pro hortamine suo et aliorum nostrorum fidelium, quod hic Venetiis dedimus ordinem, quod fiat certa brigata gentis armorum et ballistariorum, et similiter facimus soldari de inde gentes, in bona quantitate. Et insuper quod ambaxator domini Sandalli ac etiam Balsae sunt hic ad nostram presentiam, pro concludendo bonam pacem nobiscum, cum quibus speramus presto venire ad bonam conclusionem, ita quod sint virilis animi sicut speramus, nam non desistemus facere de provisionibus in omni casu, ita quod se valeant defendere et sustinere ad honorem nostrum. Et cum his et aliis verbis debeat ipse supercomitus hortari ipsum potestatem et fideles nostros; et exonerato dicto blado et Antibarum conducto, recedat de inde eundo visitando alia loca nostra usque Scutarum, hortando rectores et fideles nostros de inde. Et hoc facto, revertatur ad capitaneum Culphi ad suam obedientiam. Ulterius mandetur rectoribus nostris Scutariis Dulcigni et Alexii, quod quantum habent gratiam nostram caram, debeant loco nostro Antibari, de bladis et quibuscunque sibi possibilibus, prestissime subvenire, habito tamen respectu ad conservationem locorum nostrorum sibi commissorum, ne dictus locus ad manus dicti Balsae perveniat, sed sub nos-

tro dominio et gubernatione feliciter conservetur.

Secr. Cons. Rogator. Lib. V. ch. 19.

### CCLXXI. 1412. 29. Aprilis.

Налаже се кнезу и капетану Скадарскомъ, да пошаље едногъ властелина Млетачкогъ къ Сандаду съ молбомъ, да овај склони Балшу, да се повуче натрагъ са земљомъ Млетачке одъ обсаде Антивара.

Capta. Cum propter extremam conditionem, ad quam se reperit civitas nostra Antibari, inter alias provisiones utilissimum sit providere, et per omnem modum possibilem querendum, quod Balsa se removeat ab assedio, a dicta civitate nostra, et istud presentialiter obtineri non possit, nisi per medium domini Sandalli, qui ut apparet per expositionem ambaxiatorum suorum, affectat valde, quod ipse Balsa remaneat in gratia nostra; vadit pars, quod mandetur comiti et capitaneo nostro Scutari, quod deinde cum nostris litteris apertis credulitatis, mittere debeat ad presentiam ipsius domini Sandalli, unum ex illis nostris nobilebus, qui ibi sunt, qui sibi magis sufficiens videatur; cui quidem nobili in effectu comittatur, quod resferat ipsi domino Sandalli responsionem, quam dedimus ambaxiatoribus suis, ad requisitiones suas nobis factas, cuius responsionis copia deinde mittatur pro sua informatione. Informando eum



ultimate de modis, qui servari debent, ut translatio pecuniae, quam requisivit fieri possit, per illum modum et cum illis verbis, quae per collegium fuerint ordinatae; ultimate rogando ipsum cum illis bonis verbis, quae dicto collegio videbuntur, quod ut nos habeamus causam, magis benigne ostendere versus Balsam clementiam et benignitatem nostram, et recipere ipsum in filium et amicum, placeat cum effectu mandare, quod ipse Balsa se levet de territorio nostro, et a damnis et violentiis quibuscunque, nam hoc facto, respectu et contemplatione magnitudinis suae, faciemus eidem de rebus, de quibus tam ipse dominus Sandalli, quam Balsa habebunt rationabiliter contentari. Et facto quidquid boni, poterit circa hoc, revertatur Scutarum ipse noster nobilis, et de quibuscunque secutis, nostrum dominium per suas litteras debeat informare.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 19.

## CCLXXII. 1412. 29. Aprilis.

Заклучено, посланицима Садала и Балше изявити, да остану у Млетцима и да чекаю нуждна пуномољия одъ свои господара, како бы се могли свршити послови око новаца Садалови и око мира съ Балшомъ, а уедно молити њи, да подѣйствую, да Балша войску свою повуче патрагъ.

Capta. Quod occasione novorum habiturum nuperrime de civitate nostra Antibari, quae nostro dominio sunt displicibilia et mo-

lesta. Vadit pars: quod ultra id quod captum fuit pridie, de respondendo ambasiatoribus domini Sandalli, ad ea quae nostro dominio exposuerunt, sicut huic consilio notum est, dicatur ambaxiatoribus predictis, quod nostra dominatio cupiens ob singularem affectionem, quam gerimus ad dominum suum, esset valde contenta, in quantum ipsis ambaxiatoribus videretur et placeret, quod vellent hic differre, quousque haberent responsionem et libertatem necessariam a domino suo, circa factum translationis pecuniae, quam requisiverunt, cum simus avidi ipsi complacere, secundum requisitionem suam, dummodo observentur solenitates necessariae in tali materia, de quibus ipsum dominum suum, per nostrum ambasiatorem, ore tenus informari fecimus, ita quod presto dictam responsionem habere poterunt, et similiter poterunt interesse praticis fiendis cum nuncio et ambasiatore Balsae, in quantum per ipsum Balsam eidem mittatur libertas et mandatum sufficiens ad condescendendum ad ea, quae sint convenientia et honesta, ad quae contemplatione domini sui erimus parati sincero corde. Et propterea si ipsis ambaxiatoribus placet, possunt scribere domino suo circa factum dictae libertatis et solenitatis necessariae, et ipsum etiam rogare, quod ut habeamus causam condescendendi ad ea, quae sint placida suae magnitudini et comoda ipsi Balsae, faciat cum effectu, quod ipse Balsa

cum exercitu et potentia sua se levet de territoriis nostris, et se absteineat a damnis et violentiis quibuscunque, ac mittat libertatem et mandatum sufficiens ambaxiatori suo; quia in isto casu ut est dictum principaliter, respectu et contemplatione dicti domini sui, complacebimus et condescendemus alacriter ad ea, quae sint justa, convenientia et honesta, ita quod ipse Balsa bene poterit contentari. Et si dicti ambaxiatores erunt contenti hic remanere bene quidem, quando vero non committatur eis, quod dictam nostram responsionem domino suo nostri parte debeant per ordinem intimare, ut ipse clare comprehendat, quod a parte nostra simus parati facere id quod requirit, quod non potest nisi prodesse factis nostris.

Ambaxiatori vero Balsae ultra id quod captum est dicatur, quod affectantes respectu et contemplatione dicti domini Sandalli, et etiam ob amorem, quem gessimus ad quondam dominum Georgium Strazimir patrem dicti Balsae, reducere et acceptare ipsum dominum suum ad gratiam nostram, et facere eidem de rebus, de quibus habeat multipliciter contentari, placet nobis et volumus, quod hic diferet quousque habuerit mandatum et bailiam sufficientem, ad practicandum et condescendum ad ea, quae sint debita et honesta; quia speramus propter ordines quos apposimus circa hoc, quod illam habebit de brevi, tamen si ipse simili-

ter vult scribere domino suo predicto circa hoc, istud est nobis gratum. Sed pro meliori conclusione factorum ipsum requirimus et hortamur, quod velit informare dominum suum predictum, et requirere, quod ut habeamus materiam benignius ostendendi erga eum gratiam nostram, velit se levare de territoriis nostris, et abstinere a quibuscunque violentiis atque damnis, quia faciendo sic cognoscemus clare, quod velit stare gratiae nostrae, quam inveniet paratam et bene dispositam ad honores et commoda sua, dummodo a parte sua non deficiat.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 20.

**CCLXXIII.** 1412. Indict. VI. 22. N o -  
v e m b r i s.

Како Балша и мати његова Елена, нећеду да шиљу више посланике свое у Млетке, а Саңдалови посланици имаю властъ и одъ Балше, радити о помиреню, то е заключено, да се съ овима преговоръ води о миру съ Балшомъ, подъ наведенимъ овде условіама.

Capta in Rogatis. Cum ambassiatores domini Sandalli, qui dixerant et exposuerant nostro dominio habere plenariam libertatem a suo domino, et quod de omni eo quod concluderent, Balsa esset contentus, et quod dominus Sandalli teneret modum, quod Balsa observaret et teneret firmum et ratum, captum foret, ut deberet dici et responderi, quod quando Balsa mitteret ambasiatores suos ad nostram prae-

sentiam , cum libertate ad plenum , illotunc possemus tractare et concludere id, quod foret bonum pro partibus etcet. Et facta responsione ambassiatores Sandali dicant , quod id quod petunt et dicunt , petunt pro parte Sandali , cum scitu et voluntate tamen Balsae , qui Balsa iam dixit pluries misisse ad nos ambassiatores et nihil potuisse concludi , et quod mater ipsius Balsae , nec ipse Balsa vult plus mittere ambasiatam suam ad nos ullo modo , et quod dominus Sandalli dicit velle promittere nomine Balsae, quod observabit promissiones . aliter erit eius inimicus capitalis, et cum aliis similibus verbis , propter quae bonum est et facit pro nostro dominio, non stare in istis terminis , imo quae-rere concordium et quietem pro pacifico statu aliarum nostrarum terrarum et locorum partium Albaniae, et antequam aliud occurrat de novo de ipsis locis. Vadit pars : quod debeat praticari et tractari per collegium, sive per deputandos ab ipso, cum ambassiatoribus Sandali, legitimando excusationes nostras, quibus moti sumus, ad faciendum sibi responsionem pridie datam, cum illis sapientibus verbis et rationibus , quae videbuntur deputatis ad hoc , et recordando modos servatos alias per Balsam , ob quos non possumus ita bene capere confidentiam ; sed tamen ob intuitum et considerationem magnifici domini Sandalli, condescendimus et contentamur , ad praticam et

tractatum, tenentes a firmo, quod ipse dominus Sandali, qui est civis et nobilis noster, et quem habemus in singularem amicum et benevolum nostri domini, faciet observare promissiones, si ad aliquam conclusionem devenimus. Et exinde habeat collegium libertatem, possendi concludere cum modis et conditionibus, notatis in parte pridie posita ad consilium, per sapientem consilii et sapientes ordinum, in qua continetur, quod possit fieri promissio de illis duabus terris, videlicet: **Dulcigni** et **Budue**, et de provisione ducatorum mille in anno, quae provisio fieri possit ultimate, quando aliter fieri non possit, devento ad ultimum, avantagiando in omnibus commune nostrum, quantum fieri poterit, cum aliis contentis in parte pridie posita, de qua supra fit mentio. Bene debeat in pratica et conclusionem quae fiet, teneri modus et haberi promissionem, quod illi subditi et habitatores locorum, quae sibi dabuntur et alienabuntur, tractabuntur dulciter et benigne ac humane, et nulla fiet molestia nec novitas, occasione fidelitatis et temporis quo steterunt sub protectione nostra, et guerrarum secularum hoc tempore.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 85.

**CCLXXIV.** 1412. Ind. VI. 26. Novemb.

Уговоръ мира између Балше Срацимира и Млетчана, као што е предатъ г. Саудалу, посредователно овогъ помрениа.

**Pax cum magnifico domino Balsa Stracimiri, MCCCXII Indictione VI. die XXVI**

Novembris, in forma litere misse magnifico domino Sandalio, mediatori predicta pace.

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etcet. magnifico et potenti domino Sandalio magno vaivode Bosine, amico diletto salutem, et sincere dilectionis affectum. Ex eo potissime rerum omnium creatori jugi devotionem teneri nos arbitramur, quod quasi patrimonium nobis a progenitoribus nostris relictum, affectionem pacis et concordie quodam innato desiderio possederimus, et illas totis conatibus semper fuerimus amplexati. Hinc est quod cum vestra magnificentia mota pie caritatis affectione et pacis amenitate, qua nil suavius aut jocundius inter mortales haberi potest, miserit ad presentiam nostram spectabilem virum dominum Grubacium Debreavig honorabilem suum ambassiatoem, pro tractando et concludendo veram pacem atque concordiam, inter nos et nostrum comune ex una parte, et magnificum et potentem dominum Balsam Stracimiri quondam domini Georgi Stracimir de Balsis etcet. dominum Zente ex alia, cum inter partes ipsas guerrarum disturbia et dissidiorum vigeretur, pro quibus sedandis et removendis magnitudo vestra studiose et laudabiliter interposuit vices suas, nos qui ut supra diximus, pacem et concordiam quasi nobis hereditariam affectamus, et ad eas semper cum quibuscunque Christi fidelibus, totis spiritibus hanelamus, moti etiam requisitio-

nibus vestre magnitudinis, cui optamus facere aliquam notabilem et egregiam complacentiam, et volentes in hoc specialiter eidem vestre magnificentie complacere, contenti sumus ac placet nobis, cum supra dicto magnifico domino Balsa, puram veram sinceram et favente deo, perpetuo duraturam pacem atque concordiam introire atque concludere ac firmare, remissis eidem omnibus injuriis offensionibus damnis atque molestiis, dominio nostro per eum factis. Et ex nunc, ad instantiam et requisitionem magnitudinis vestre, ipsam pacem et concordiam cum dicto domino Balsa introimus atque firmamus, cum istis tamen conditionibus atque modis, qui in dispositione magnificentie vestre dimittimus, quod pro stabilimento et firmitate predictae pacis possitis nomine nostro ac successorum nostrorum, dare ipsi domino Balse pro se et heredibus ejus, Dulceignum et Buduam cum omnibus et singulis eorum juribus pertinentiis districtibus et confiniis. Et insuper promittere, nomine nostro et successorum nostrorum, mille ducatos auri pro ipso domino Balsa, et heredibus suis, solvendos eisdem singulo anno de introitibus locorum nostrorum, que habemus in illis partibus, cum illis modis conditionibus et formis, cum quibus eos solvebamus olim magnifico domino Georgio patri suo. Et quod omnia alia loca, que vendita fuerunt, et data dominio nostro per eundem dominum Georgium ejus patrem, debeant no-



bis expedite et sine ulla contradictione vel molestia, libere cum omnibus eorum juribus districtibus pertinentiis et confiniis in perpetuum remanere; damusque magnitudini vestre tenore presentium libertatem plenariam et arbitrium, disponendi et faciendi de predictis locis Dulcigni et Budue ac pertinentiis suis, et de promissione mille ducatorum suprascriptorum, cum supradicto domino Balsa, prout eidem magnitudini vestre videbitur et placebit. Nam suprascriptus dominus Grubacius ambasciator vester, vigore libertatis per vestras literas sibi tradite per patentes literas bulla vestra bullatas, nomine magnitudinis vestre promisit nostro dominio, quod eadem vestra magnificentia faciet cum effectu, quod idem dominus Balsa literis suis patentibus bullatis bulla sua, et factis solemniter suprascriptam pacem ratificabit, omologabit et approbabit, ac inviolabiliter observabit, nec eam infringet aliqua causa vel eventu. Item quod omnes gentes suas armigeras subito removebit ab infestatione et damnificatione locorum et subditorum nostrorum, et aliqua loca nostra et subditos non molestabit, nec molestari faciet aut permittet per suos subditos aut fideles, aliquo ingenio causa vel colore, neque de locis nostris aut ipsorum aliquo se intromittet in futurum vel impediet ullo modo. Item quod cives et subditos predictorum locorum Dulcigni et Budue, ac eorum districtuales tractabit humaniter et benigne, nec aliqua per eos

facta contra suam magnitudinem imputabit eisdem, nec ullam molestiam eis inferret dicta causa, sed omnia mandabit oblivioni, non aliter quam si contra eum numquam aliquid comisisset; tam subditos et fideles nostros, quam suos in statum pristinum ac terminos totaliter reducendo. Si autem contingeretur, quod idem magnificus dominus Balsa in aliquo pactorum ullo unquam tempore contrafaceret vel veniret, aliquo modo ingenio colore vel causa, tunc idem dominus Balsa teneatur restituere dominio nostro predicta loca Dulcigni et Budue, cum omnibus eorum pertinentiis juribus districtibus et confiniis, integra et illesa, quod si nollet illa reddere nostro dominio, tunc et in eo casu eadem vestra magnificentia teneatur etiam nobiscum et dare nostro dominio suprascripto auxilium et favorem opportunum, pro compellendo dictum dominum Balsam ad restituendum eidem nostro dominio dicta loca, ut dictum est. Et insuper, quod ex tunc libertati simus et absoluti nos et successores nostri, a dando eidem domino Balse et heredibus suis, sepe dictos mille ducatos singulis annis ut supra diximus. Promittimus enim tenore presentium, quod cum predictae litere ratificationis et approbationis suprascriptorum ipsius magnifici domini Balse, pervenerint ad manus rectorum nostrorum, qui sunt in locis predictis Dulcigni et Budue, vel capitanei nostri Scutari, idem rectores dictorum locorum vel capitaneus

Scutari ad placitum et requisitionem vestre magnificentie, prenominato domino Balse, vel cuicumque legitimo suo nuntio, habenti super inde ab eo arbitrium et libertatem, recipiendi et acceptandi eadem loca Dulcigni et Budue cum eorum districtibus et pertinentiis, libere consignabuntur: et similiter disponeamus et ordinabimus cum effectu, quod supra scripti mille ducati eidem domino Balse, et ejus heredibus, per nos et successores nostros, cum illis conditionibus modis et formis, quibus prelibato genitori suo solvebantur, annuatim persolventur. Remansimus enim supra predictis concordantes cum prenotato domino Grubacio, ambasciatore vestre magnificentie, qui ex nunc vigore libertatis per vestras literas ei tradite, promisit nostro dominio vestro nomine, predicta omnia se facturum, et effectualiter curaturum. In quorum fidem et evidentiam pleniorum presentes literas fieri jussimus, et bulle nostre plumbee pendentis munimine roborari.

Data in nostro ducali palatio, die vigesimo mensis Novembris, indictione VI, millesimo quadringentesimo duodecimo.

Predicta pax in forma litere, que remansit apud serenissimum ducale dominium cum bulla sua plumbea, et bulla aurea ipsius domini Sandalis pendentibus.

**CCLXXV. 1412. Ind. VI. 26. Novem.**

Отворено писмо дужда Млетачкогъ , о миру заключеномъ са Балшомъ, и о условіама истогъ мира.

**M**ichael **S**tenu dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes advenerint salutem, et sincere dilectionis affectum. Tenore presentium vobis facimus manifestum, quod cum magnificus et potens dominus **S**andalius magnus vaivoda Bosine, motus pia caritatis affectione ac pacis dulcedine, qua nihil suavius inter mundana gustari potest, misisset ad presentiam nostram spectabilem virum dominum **G**rubacium **D**obreavig honorabilem suum ambasciatorem, ad tractandum et concludendum veram pacem atque concordiam inter nos et nostrum comune ex una parte, et magnificum et potentem dominum **B**alsam **S**tracimiri quondam domini **G**eorgi **S**tracimiri de **B**alsis, dominum **Z**ente etc ex alia, cum inter ipsas partes guerrarum disturbia et discordiarum vigeretur, pro quibus sedandis, et removendis, idem magnificus dominus **S**andalius studiose et laudabiliter interposuit vices suas. Nos qui pacem et concordiam semper cum omnibus affectavimus, et semper affectamus, et ad eas semper totis spiritibus hanelamus, moti etiam requisitionibus et instantia ipsius magnifici domini **S**andalii, et volentes in hoc ei specialiter complacere, contenti

fuius et placuit nobis, ac contentamus et nobis placet, cum suprascripto magnifico domino Balsa puram veram sinceram et favente deo, perpetuo duraturam pacem atque concordiam introire, concludere atque firmare, remissis eidem omnibus injuriis, offensionibus damnis atque molestiis dominio nostro per eum factis. Et ex nunc ad instantiam et requisitionem ejusdem magnifici domini Sandalii, ipsam pacem et concordiam cum dicto domino Balsa introimus atque firmamus cum istis conditionibus atque modis, quod in dispositionem ipsius magnifici domini Sandalii dimittimus, quod pro stabilimento et firmitate predictae pacis possit nomine nostro ac successorum nostrorum, dare ipsi domino Balse pro se et heredibus ejus, Dulcignum et Buduam cum omnibus et singulis eorum juribus pertinentiis districtibus et confiniis. Et insuper promittere nomine nostro et successorum nostrorum, mille ducatos auri pro ipso domino Balsa et heredibus suis, solvendo eisdem singullo anno de introitibus locorum nostrorum, que habemus in illis partibus, cum illis modis conditionibus et formis, cum quibus eos solvebamus olim magnifico domino Georgio patri suo, et quod omnia alia loca, que vendita fuerunt et data dominio nostro per eundem dominum Georgium ejus patrem, debeant nobis expedite et sine ulla contradictione et molestia libere, cum eorum juribus districtibus pertinentiis et confiniis

in perpetuum remanere. Dedimusque predicto magnifico domino Sandalio, tenore nostrarum patentium literarum, que suprascripto ambasciatori sue magnificentie fecimus exhiberi, libertatem plenariam et arbitrium, disponendi et faciendi de predictis locis Dulcigni et Budue ac pertinentiis suis, et de promissione mille ducatorum suprascriptorum, cum supradicto domino Balsa, prout eidem magnitudini sue videbitur et placebit. Nam suprascriptus dominus Grubacius ambasciator predicti domini Sandalii, vigore libertatis per literas prelibati sui domini sibi tradite, per has patentes literas, quas ipse ambasciator sigillo ipsius domini Sandali, quod secum habebat, in fidem, robur, et testimonium supra et infra scriptorum impressit, munivit et roboravit, nomine dicti domini sui promisit nostro dominio, quod idem dominus Sandalius ejus dominus, faciet cum effectu, quod sepe dictus dominus Balsa literis suis patentibus bullis ejus bullatis et factis, solemniter suprascriptam pacem ratificabit, omologabit et approbabit, et inviolabiliter observabit. nec eam infringet aliqua causa vel eventu. Item quod omnes gentes suas armigeras subito removebit ab infestatione et damnificatione locorum et subditorum nostrorum, et aliqua loca nostra et subditos non molestabit nec molestare faciet aut permittet per suos subditos aut fideles, aliquo ingenio causa vel colore. Neque de locis nostris aut ipsorum aliquo se intromittet in fu-

turum vel impediēt ullo modo. Item quod cives et subditos predictorum locorum Dulcigni et Budue ac eorum districtuales, tractabit humaniter et benigne, nec aliqua per eos facta contra suam magnitudinem imputabit eisdem, nec aliquam molestiam eis inferret dicta causa, sed omnia mandabit oblivioni non aliter quam contra eum nunquam aliquid commisisset; tam subditos et fideles nostros quam suos, in statum pristinum ac terminos totaliter reducendo. Si autem contingeret quod idem magnificus dominus Balsa in aliquo pactorum ullo unquam tempore cotrafaceret vel veniret, aliquo modo ingenio colore vel causa, tunc idem Balsa teneatur restituere dominio nostro predicta loca Dulcigni et Budue, cum omnibus eorum pertinentiis juribus districtibus et confiniis integra et illesa. Quod si nollet illa reddere nostro dominio, tunc et in eo casu dominus Sandalius suprascriptus teneatur esse nobiscum, et dare nostro dominio suprascripto auxilium et favorem opportunum, pro compellendo dictum dominum Balsam, ad restituendum eidem nostro dominio dicta loca, ut dictum est. Et insuper quod ex tunc liberati simus et absoluti, nos et successores nostri, a dando eidem domino Balse et heredibus suis sepe dictos mille ducatos singulis annis, ut supra diximus. Promittimus enim tenore litterarum nostrarum suprascriptarum, et ita promittimus per presentes, quod cum predictae litere ratificationis, et approbationis su

prascriptorum ipsius magnifici domini Balse pervenerint ad manus rectorum nostrorum, qui sunt in locis predictis Dulcigni et Budue, vel capitanei nostri Scutari, ipsi nostri rectores dictorum locorum vel capitaneus noster Scutari, ad bene placitum et requisitionem ipsius magnifici domini Sandali, prenominato domino Balse, vel cuicumque legitimo suo nuntio, habenti super inde arbitrium et libertatem ab ipso recipiendi et acceptandi, eadem loca Dulcigni et Budue cum eorum districtibus et pertinentiis libere consignabuntur. Et similiter disponemus et ordinabimus cum effectu, quod supra scripti mille ducati eidem domino Balse et ejus heredibus, per nos et successores nostros, cum illis conditionibus, modis et formis, quibus prelibato domino Georgio Stracimiri genitori suo solvebantur, annuatim persolventur. Remansimus enim super predictis concordēs cum prenotato domino Grubacio, ambasciatore domini Sandalii, qui ex nunc vigore libertatis per literas magnifici ejus domini sibi tradite, promisit nostro dominio nomine sui domini sepe dicti, predicta omnia se facturum, et effectualiter curaturum. In quorum fidem et evidentiam pleniorē has nostras patentes literas bulla nostra plumbea pendente bullatas, antedictus dominus Grubacius impressione suprascripti sigilli magnifici domini Sandali sepe dicti, quod penes se habebat, ad cautelam munivit et roboravit, ex nunc nomine prenotati



domini sui ratificans, approbans et confirmans promissiones supra factas, nomine sui magnifici domini prelibati.

Data in nostro ducali palatio, die XXVI Novembris, indictione VI, millesimo quadringentesimo duodecimo.

Commemoriale X. ch. 133.

### **CCLXXVI. 1412. 29. N o v e m b r i s.**

Заповестъ капетану Скадарскомъ, да како Балша одобри и потврди миръ, овомъ преда градове Будву и Улцинь, и да строго испуњава сва остала условія мира.

Litera missa capitaneo Scutari, pro executione ultra scriptorum.

Ad instantiam et requisitionem magnifici domini Sandalii magni vaivode Bosine, qui super inde misit nobis suam ambasciatam, devenimus ad pacem et concordiam cum magnifico domino Balsa Stracimiri quondam domini Georgii Stracimiri, domino Zente etc in forma, cujus copiam vobis mittimus in folio his incluso, pro informatione vestra plenaria. Et quum ut ibi videre poteritis, ratificante predicto domino Balsa pacem supra notatam, debetis facere consignari Dulcignum et Buduam cum omnibus juribus districtibus et pertinentiis suis, predicto domino Balse vel ejus nuntio, habenti super inde libertatem et arbitrium eadem acceptandi. Cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis scrivimus et mandamus, quatenus cum receperitis literas patentes ip-

sius domini Balse bulla sua bullatas, per quas ratificet dictam pacem et omnia et singula contenta in ea, debeatis dicta loca Dulcigni et Budue, ad omnem requisitionem suprascripti domini Sandalii, prenotato domino Balse, aut ejus legitimo nuntio, ut supra diximus, cum omnibus eorum juribus, pertinentiis, districtibus confiniis libere consignare, seu facere per rectores nostros dictorum locorum, quibus superinde scribimus per literas alligatas presentibus, quas eis mittere debeatis, libere consignari. Observando et faciendo predicto domino Balse, de solutione annua mille ducatorum, et de omnibus aliis in dicta pace conventis, quantum in vobis fuerit, inviolabiliter observari. Mandamus autem vobis, quod ratificante ipso domino Balsa predictam pacem, prius quam consignetis eidem, et faciatis consignari predicta loca, debeatis dextro modo inde trahere omnes munitiones, tam victualium quam armorum cujuscumque generis sint, et reducere illa Scutari, nam volumus illa pro nostro comuni, ut justum est. etc. die XXVIII Novembris MCCCCXII.

Commemoriale X. ch. 133.

**CCLXXVII.** 1412. 29 Novembris.

Налаже се виезу и капетану Улцина, да на зактеванѣ капетана Скадарскогъ, преда градъ Улциѣ Балши.

Litera missa comiti et capitaneo Dulcigni pro dicta causa.

Ad instantiam et requisitionem magnifici domini Sandali magni vaivode Bos-

*sine*, qui superinde misit nobis suam ambasciatam, devenimus ad pacem et concordiam cum magnifico domino Balsa Stracimiri, domino Zente etc. Et cum ratificante predicto domino Balsa pacem supra notatam, capitaneus noster Scutari debet facere consignare Dulcignum et Buduam predicto domino Balse vel legitimo ejus nuntio. Idcirco tenore presentium fidelitati vestre, cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quod ad requisitionem capitanei nostri Scutari supradicti, cui dedimus oportunum ordinem super inde, consignari debeatis suprascripto domino Balse aut legitimo ejus nuntio, locum Dulcigni vobis commissum, cum omnibus suis districtibus pertinentiis et confiniis, quum sic in dicta pace conventum est. Mandamus autem vobis, quod ratificante predicto domino Balsa pacem supra notatam, prius quam consignetis eidem predictum locum Dulcigni, debeatis dextro modo inde trahere omnes munitiones, tam victualium quam armorum cujuscunque generis sint, et illa Scutari mittere, nam volumus illa pro nostro comuni, ut justum est.

Data ut supra (29. Novembris 1412.)

Similis in vulgari Bernardo Jordano castellano Budue mutatis mutandis.

**CCLXXVIII. 1412. Ind VI. 29. Novem.**

Обвезуе се дуждъ Млетачкій, да ће крозъ четири месеца исплатити госп. Сандалу 6000 дуката, кое овај има у Млетцима уложене на доходакъ.

*Litera data oratori magnifici domini Sandalii, de deposito VI mille ducatorum, quos dominium promittit eidem usque menses quatuor.*

*Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Magnifico et potenti domino Sandalio magno vaivode Bosine, amico dilecto salutem et sincere dilectionis affectum.*

Propter caritatem et sinceram affectionem, quam cognovimus vestram magnitudinem dominio nostro gerere, et nos ad eandem magnificentiam vestram gerimus vice versa, semper facieremus pro ea quecumque possibilia nobis forent. Hinc est, quod cum spectabilis vir dominus Grubatus Dobrea vig honorabilis vester orator a nobis requisiverit parte vestra, de certis depositis extrahendis, nos volentes dicte vestre magnitudini complacere, quamvis foret contra leges et ordines urbis nostre, contenti fuimus vestris requisitionibus assentiri. Verum idem orator vester contentus fuit, et remansit concors nobiscum, quod de tali deposito duodecim millia ducatorum medietas, videlicet ducati sex mille, usque menses quatuor vestre magnitudini consignentur, et reliqui sex mil-

le ducati, usque dictum terminum magnificis dominabus Banize et Catarine ipsius filie, similiter numerentur. Quare vestra magnitudo poterit ad dictum terminum mittere suum nuntium, aut scribere nobis, cui velit dari dictos sex mille ducatos, nam eos faciemus cuicumque volueritis ad dictum terminum integraliter assignari.

Data in nostro ducali palatio, die vigesimo nono mensis Novembris, indictione VI. MCCCCXII.

Comemoriale X. ch. 134.

**CCLXXIX.** 1412. Ind. VI. 29. Novem.

Премо госпои Банци и њной ќерки Катарини, у комъ обеќава дуждъ Млѣтачкїй, да ће имъ крозь четири месеца вратити њїови 6000 дуката, кое имаю уложене кодъ владе Млѣтачке.

Litera supra eadem materia, data oratori magnificarum dominarum Banize et Catarine ejus filie.

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Magnificis et potentissimis dominabus Banize relicte magnifici domini Volchi bani, et Catarine ejus filie, amicis dilectis salutem et sincere dilectionis affectum. Propter mutuam affectionem, que fuit olim inter magnificum dominum Volchum et nos, et nunc est inter magnitudinem vestram et nostrum dominium, semper pro vobis faceremus que-

cumque possibilia nobis forent. Hinc est, quod cum spectabilis vir, dominus **R a d o z l a u s o r a t o r v e s t r e** magnificentie a nobis requisiverit parte vestra, de certis depositis extrahendis, nos volentes dicte vestre magnitudini complacere, quamvis foret contra leges et ordines urbis nostre, contenti fuimus vestris requisitionibus assentiri. Verum idem orator vester contentus fuit et remansit concors nobiscum, quod de tali deposito duodecim millium ducatorum medietas, videlicet ducati sex mille, usque menses quatuor vestre magnitudini consignentur, et reliqui sex mille ducati magnifico domino **Sandalio magno vaivode Bosine** similiter numerentur. Quare vestra magnitudo poterit ad dictum terminum mittere suum nuntium, aut scribere nobis, cui dari velit dictos sex mille ducatos, nam eos faciemus cuicumque volueritis ad dictum terminum integraliter assignari. Data in nostro ducali palatio, die vigesimo nono mensis **Novembris**, indictione **VI**, **MCCCCXII**.

Comemoriale X. ch. 134.

### **CCLXXX. 1413. 2. Junii.**

Налаже се проведитору Шибеничкомъ, да строго држи примирје са краљемъ Угарскимъ и са кнезомъ Јованомъ Цетиньскимъ. (Скраћено.)

**Capta.** Cum provisor noster **Sibeni**ci nobis scripserit, qualiter comes **Joanes de Citines** intendebat tenere et occupare totum territorium **Sibenicense**,

qui illud equitaverat et circumiverat . . . . .  
 si vero vellet tenere illam bastitam quam fecit, in hoc nullam difficultatem faciatis, sed permittatis eundem tenere et custodire dictam bastitam ad libitum suum, ita quod aliud territorium non occupetur; et quia dominus rex dicit similiter alias differentias ortas esse, occasione *Scardonae* et certarum villarum *Ostrenize*, quas dicit eidem obedientiam dedisse, terminavimus similiter, quod dictus ser *Egidius* esse debeat cum illo, qui mittetur nomine regis, ad videndum et concordandum differentias praedictas, ut forma treugue observetur, in qua treugua continetur: quod ambae partes tenere et possidere debeant totum et quidquid tenebant et possidebant tempore conclusionis treugarum.

Secr. Cons. Rog. Lib. V. ch. 133.

(Оваи comes *Joannes de Citines*, быо е у рату млетачко-угарскомъ на страни цара и краля *Сигисмунда* и у неприятельству са Млетчѣнма, као што се види и изъ слѣдуюћегъ заключеня:

Anno 1413. die 25. Augusti.

Collaudatur comes *Sibinici* ser *Antonius a Bocholis*, quod cum comite *Johanne de Citines* fecit salvum conductum.

Secr. Cons. Rog. Lib. V. ch. 150.)

**CCLXXXI. 1413. 25. Augusti.**

Одговараю посланику Хервов, молећемъ помоћъ на мору да бы повратно градъ Сплѣтъ, кою му е отео Угарскій краљъ Жигмундъ, да то немогу Млетчићи учинити, еръ су са нечимъ краљѣмъ заключили примиріе на петъ година.

Capta in rogatis. Comparuit ad praesentiam nostri dominii unus ambaxiator magnifici domini Creuoie, exponens qualiter dictus dominus est civis noster, et semper fecit omnia, quae putavit esse de beneplacito nostri dominii, et quod ad persuasionem nostram se alias pacificavit cum domino rege Sigismundo. Sed modo nuper sicut omnibus est manifestum, dictus dominus rex sibi accepit Spalatium, et procurat alias terras et loca sua accipere, quae omnia sunt contra sacramenta et promissiones, sibi factas per dictum dominum regem. Et propterea quod dictus Creuoia est civis noster, rogat instanter nostrum dominium, ut velimus ei dare auxilium galearum nostrarum, ut possit recuperare terram suam Spaleti, et alia loca sua; quia si dabimus sibi subsidium nostrum, ipse similiter per terram et cum gentibus suis erit cum nostro dominio, ad aquirendum Tragurium et alias terras Dalmatiae et cet. Vadit pars: quod respondeatur dicto ambaxiatori, quod multum gravat nostrum dominium, quod magnificus dominus suus Creuoia amiserit terram suam



Spaleti et alia loca sua, quia ipsum continue habuimus, habemus et habere intendimus, in nostrum carum et bonum amicum, et semper omnia quae facere possemus in comodum et honorem suum ac sui status, faceremus tamquam pro amico carissimo. Sed sicut dicto domino Creuoia notum est, fecimus cum serenissimo domino Romanorum rege treugnam per quinque annos, et illam promisimus usque dictum tempus firmiter observare. Et propterea dispositi observare treugnam praedictam pro honore nostro, non videmus quod possimus dicto domino Creuoie dare auxilium quod requirit; et propterea rogamus eundem, ut sibi placeat nostrum dominium habere merito excusatum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. V. ch. 150.

**CCLXXXII.** 1413. 18. N o v e m b r i s.

Одговоръ посланику дукѣ Хервое на више пѣговы предложеныя.

Capta in rogatis. Quod ambaxiatori magnifici domini Creuoie, ad ea quae nobis exposuit, respondeatur in hac forma:

Et primo, ad ea quae nobis exposuit, quod serenissimus dominus rex Romanorum et Hungariae, contra promissiones sibi factas multa fecit et attentavit contra dictum magnificum dominum Creuoiam et terras suas, mittendo capitaneos et bannos suos ad partes dicti domini Creuoie

et cet. respondeatur, quod propter amorem, quem gerimus dicto magnifico domino Crauoie, nostro dominio displicet quod dictus serenissimus dominus rex fecerit contra eum aliqua, quae sunt magnificentiae suae displicibilia et molesta.

Ad aliam autem partem quam nobis exposuit, videlicet; dominus Turchorum sibi miserat unam ambaxiatam cum sexaginta equis, ad offerendum dicto Crauoie triginta millia Turchorum pro succursu suo, et cet. Respondemus quod dictus magnificus dominus Crauoia est sapientissimus dominus, et potest in hoc terminare et disponere prout suae magnificentiae videtur, pro bono sui status.

Ad aliam vero partem per quam nobis notificavit, quod emimus Dalmatiam a serenissimo domino rege Ladislao pro magna quantitate denariorum, quam Dalmatiam poteramus aquirere, quia intendit per terram cum gentibus suis, et nos mittamus galeas nostras per mare, ad aquirendum totam Dalmatiam nostro nomine, et si nolemus sub nostro nomine dictas galeas mittere, quod illas mittamus sub suo nomine. Respondemus, quod cognoscimus bonam intentionem suae magnificentiae, sed sicut dictus magnificus dominus scit, nos sumus in treugua cum serenissimo domino rege Romanorum et Hungariae, quam treugua sumus dispositi, pro honore nostri domini, prout continue fecimus, effectualiter observare.

**A d r e q u i s i t i o n e m** autem quam facit, quod mittamus unum nostrum, aut scribamus serenissimo domino regi Romanorum et Hungariae, quod de guerris et novitatibus, quas habuimus cum dicto domino rege, dictus dominus suus Crauoia nunquam se impedivit et cet. Respondeatur, quod considerato, quod dictus dominus suus nunquam se impedivit in hoc, non videtur nobis honestum, talem excusationem facere, quia ubi non est commissus defectus, non est necessarium ullam excusationem facere.

**A d i d** autem quod requirit, ut velimus mittere aut scribere **m a g n i f i c o** domino Sandalli, qui est civis noster, quod se absteineat a damnis et novitatibus, inferrendis dicto domino suo Crauoie, et cet. Respondeatur, quod displicet nostro dominio, quod inter dominum suum Crauoiam et dictum dominum Sandali sit aliqua differentia, qui ipsos diligimus tanquam caros fratres nostros, et quia in brevi sumus missuri ad partes Dalmatiae unum nostrum, pro essendo cum dicto domino Sandali et rogando eundem ex parte nostri domini, ut velit se a damnis suis abstinere, et in hoc faciemus quidquid poterimus, cum illa honestate qua poterimus.

**CCLXXXIII. 1414. 5. Junii.**

Одговоръ посланику общине Которске на његове тужбе противъ Сандала и Балсе.

Capta. Cum comparuerit ad presentiam nostri domini unus ambassiator comunitatis Catari, et exposuerit pro parte dictae comunitatis, quod ipsi iam diu fuerunt molestati multum a magnifico domino Sandali et a Balsa; qui dominus Sandali optabat occupare terram et castrum Catari, propter quod dederunt dicto Sandali datum salis, et ipse satisfacere debeat Balsae Strazimiri de eo, quod annuatim dicta comunitas Catari, dicto Balsae dabat et solvebat. Sed dictus Sandali vult habere fideiusionem ducatorum XII mille a comunitate Catari, et ob hoc retinet captivos quatuor suos cives, quos liberare non intendit, nisi prius habeat plezariam predictam. Et de hoc dictus ambassiator instanter rogavit nostrum dominium, ut dignemur dictam plezariam, dicto Sandali, nomine dictae comunitatis facere. Vadit pars: quod respondeatur dicto ambassiatori, quod veritas est quia semper amavimus comunitatem Catari, nobis displicuit et semper displiceret, quod dictae comunitati inferrentur novitates et injuriae, et vellemus quod pacifice et quiete vivere possent; et ad plezariam quam petunt per nostrum dominium fieri, nomine dictae comunitatis, magnifico domino Sandali, ducatis XII mille, dicimus,

quod semper essemus dispositi in cunctis possibilibus dictae comunitati complacere, sed quia nostra dominatio non est consveta huiusmodi plezarias facere, et etiam certis aliis bonis causis et respectibus, non videmus posse dictae comunitati de dicta plezaria complacere, et rogamus dictam comunitatem, ut ob hoc placeat, si suae requisitioni non condescendimus, habere nostrum dominium excusatum.

Et quia dictus ambassiator dixit, quod alias dicta comunitas obtulit, velle dare nostro dominio dictam civitatem **Catari**, et quod sibi fuit responsum, quod non erat adhuc tempus, et quod istud tempus ipsi expectabant cum illa aviditate, qua expectabant antiqui patres existentes in nimbo, adventum Christi et cet. Respondeatur dicto ambassiatori, quod pro multis bonis respectibus non videtur nobis adhuc tempus, respondendi super facto accipiendi terram predictam.

Secr. Consil. Rog. Lib. V. ch. 185.

## **CCLXXXIV. 1415. 10. Maii.**

Одговоръ на предложени дукѣ Хервое Сплѣтскогъ.  
(У краткомъ изводу.)

Ambassador ducis Crauoie proponit: Crauoia 1.) offert personam et statum suum nostro dominio; 2.) paratus est castrum Dalmisii ponere in manibus nostris; 3.) rogat certam quantitatem Salnitri, et funes

necessarios pro manganis; et 4.) ut possit recuperare terram Spaleti, rogat nostrum auxilium per mare; 5.) similiter rogat velimus eum recomendare dominae reginae Apuliae Johannaе secundae, ut det ei auxilium ad recuperandam dictam civitatem; 6.) ultimo rogat ut eum includamus in pace, si quando pervenerimus ad eam cum domino rege Romanorum.

**R e s p o n d e a t u r :** ad primum: quod dominum ducem habemus pro bono et carissimo amico nostro; ad 2.) quod regratiamur ei, sed quod nobis magis placet, quod castrum Dalmisii sit in manibus suis, quam in nostris, quia existens in manibus suis reputamus quod sint in manibus nostris; ad 3.) conceditur ut dictus ambaxiator possit extrahere usque milliaria duo Sanitrii, et funes sufficientes pro duobus manganis, quae solvantur de denariis nostri comunis; ad 4.) quod pro presenti non possimus cum honore nostro suae magnificentiae dare subsidium; ad 5.) quod scribemus nostro consuli Apuliae in illa forma, quae erit rationabilis et honesta; ad 6-tum) licet videamus quod non possumus ad pacem venire cum dicto rege, tamen si pervenerimus ad aliquem tractatum pacis, ducem Creuoiam et statum suum habebimus recomissum.

**CCLXXXV. 1415. 5. Octobris.**

Одговоръ посланику кнеза Сеньскогъ, тичуѣн се дукѣ  
Хервое Сплѣтскогъ. (Скраѣено.)

Capta: quod respondeatur domino episcopo Vigiliarum, ambassiatori magnifici domini Segniae, in hac forma:

(Ad 1, ... 2. ... 3. ....) ad 4-tum capitulum per quod rogat, ut scribamus domino duci Creuoie, ut cum dicto domino comite velit habere pacem et amicitiam; respondemus, quod in complacentiam suam, quia et dictum magnificum dominum comitem Segne, et dictum dominum ducem Creuoiam, habemus in amicos nostros, in complacentiam dicti domini comitis, dictum dominum Creuoiam hortabimur; quod vellit secum in pace et amicitia vivere.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VI. ch. 72.

**CCLXXXVI. 1415 8. Februarii.**

Одговоръ на предложѣня посланика Цариградскогъ  
Императора. (Скраѣено.)

Capta: Quod spectabili et egregio militi, domino Nicolao de Monoiani, ambaxiatori domini imperatoris Constantinopolis, ad exposita per eum pro parte domini imperatoris predicti, respondeatur in hac forma; ad 1, 2, 3 . . . (ове точки тичу се трговачки послова.)

Ad quartam partem, per quam nostro dominio significavit, dictum dominum imperatorem tenuisse de tempore in tempus praticam cum Amustafa, fratre Chierizi, et cum despoto Serviae, et domino Caramano, at quod sinistra dominatio, propter damna attentata per Turchos contra subditos nostros, vellet se movere contra Turchos, predicti domini se etiam moverent a parte terrae cum suis potentiis contra Turchos predictos, et ob hoc dictus ambassiator habet litteras directivas dictis dominis et cet. Respondemus, quod ea quae dictus ambassiator exposuit super facto praticae predictae, videmus et cognoscimus optimam dispositionem serenissimi domini imperatoris ad bonum et salutem Christianorum, et similiter quam habet erga nostrum dominium, sicut superius tetigimus suae maiestati regratiantes dicimus, quod quociescunque videbimus dominos predictos et dominum regem Hungariae paratos contra dictos Turchos, et habeamus pacem cum dicto domino rege Hungariae, semper inveniemur prompti ex parte nostra ad ea, quae concernant bonum et salutem Christianorum contra Turchos predictos.

Secr. Cons. Rog. Lib. VI. ch. 85.

**CCLXXXVII.** 1416. 2. Aprilis.

Наставленъ за посланика Метачкогъ, идућегъ къ Турекомъ султани Кирици или Киришій. (Скраћено.)

Capta. Quod fiat comissio nobili viro ser



**Delphino Venerio**, ituro ambassiatori nostro ad patres **Turchie**. . . . .

Nos **Thomas Mocenigo** etc . . . . debeas ire noster ambassiator ad **Chirizi Soldanum Turchorum**. . . . .

Et si poteris obtinere et confirmare pacem per modos superius declaratos, volumus quod facies fieri litteras et praecepta, tam pro partibus **Albaniae**, quam pro omnibus partibus et locis, in efficaci et stricta forma, ad **Balsam Straçimiri**, ad **Coiam**, ad **Juanum Castrioti**, et ad **Bitri Jonuna**, et ad capitaneum castris **Croye**, et ad omnes alios suos capitaneos in partibus **Albaniae**, et in omnibus aliis partibus, pro observatione pacis, et conclusa dicta pace et habitis litteris suprascriptis. . . . .

Si vero obtinere non posses dictam pacem per modos superius declaratos, volumus quod dicere debeas dicto **Chirici**, quod non habeas libertatem posse aliud facere, et quod scribes nostro dominio; et sumpta licentia a dicto **Chirici**, venias super armata nostra predicta, super qua volumus quod sis provisor, et simul cum capitaneo nostro **Culphi**, debeatis summere omnem informationem possibilem in partibus illis, de viis et modis, quibus posset damnificari dictus **Chirici** ac eius loca et subditi, tam per terram quam per aquam, et specialiter per viam **Charamani**, **Mustafe** et **Vlachi**, et

si erit expediens, mittere aliquos nuntios secretos ad ipsos, ad inducendum illos ad damna et offensiones Chirici, relinquimus hoc in libertate capitanei et tua, non obligando nostrum dominium in aliquo in speciali, sed dando eis spem, quod vos etiam providebitis ad damna et offensas Chirici, per omnes modos et vias possibles, tam per terram quam per aquam.

Secr. Cons. Rog. Lib. VI. ch. 92.

### CCLXXXVIII. 1416. 26 Aprilis.

Одговоръ кнезу Шибенничкомъ, тичући се тврдинѣ Омша, коју Млетчићи желе за себе задобити, или за новце или иначе, ако може бити. (Скраћено.)

Capta. Quod scribatur ser Blasio Delphino, comiti Sibenici in hac forma: Duas litteras vestras recepimus, datas alteram quinto, alteram 15 mensis instantis, continentes omnia, quae circa negotia castri Almissii, usque nunc sunt secuta; et vidimus qualiter redeunte Biloslao, uno ex castellanis Almissii de Bossina, cum eius familia, quidam Micatius de Ragusio castellanus Bistricae, eum ibi retinuit, et exinde qualiter unus alius novus castellanus cum triginta sociis noviter supervenerat, pro parte ducissae, loco Biloslavi et Ostoye sotii sui, qui ut scribitis, iam de dicto castro discessit, simul cum fratribus Biloslavi et eorum familiis, ac in Bossinam redierunt, prop-

ter quae concluditis, quod vobis non videtur, quod de illo facto per illam viam amplius sit sperandum, propter recessum illorum et adventum novi castellani . . . . . quod nobis displicet . . . . . Considerantes autem importantiam huius facti, et praesertim si dictum castrum Almisii ad manus personarum nobis non acceptarum deveniret, cupientesque illud pluribus respectibus in potestatem nostram reducere . . . . . mandamus . . . . . debeatis aut per viam ducissae, aut per viam regis Ostoye de Bossina, praticare si esset aliquis modus, per quem ipsum castrum habere possemus, vel per pecunias, vel per alium habilem modum . . . . damus vobis libertatem expendendi usque ad summam ducatorum quinque millium, de pecunia nostri communis, pro habendo dictum locum. . . .

Secr. Cons. Rog. Lib. VI. ch. 95.

(Ниже има опетъ заключенѣ тичуѣ се истогъ посла одъ год. 1416. 7. Мая, у комъ стоїй ово:

Capta. Cum pridie de mense Aprilis, propter mutationem castellanorum castrum Almissii, captum fuit in isto consilio et mandatum, nobili viro ser Blaxio Delphino . . . . quod praticare et procurare deberet, habere ipsum locum et castrum Almisii, et fuerit sibi data libertas expendendi usque ad summam ducatorum quinque millium, dummodo hoc procederet de consensu aut regis Ostoye

de Bossina, aut dominae ducissae  
condam ducis Creuoiae, sicut in parte  
superius capta continetur etc.

Secr. Cons. Rog. Lib. VI. ch. 96.

А даљ 29. Мая 1416. слѣдуе ово :

Cum die sexto mensis Junii captum fue-  
rit in isto consilio, et data ampla libertas co-  
miti nostro Sibenici, quod procuret habere  
nomine nostro castrum Almisii, et pre-  
sertim a castellano qui noviter supervenerat  
nomine ducissae quondam ducis Cre-  
uoiae . . . . . et ad presens habeatur,  
quod illud castrum devenit ad manus comi-  
tis Johannis de Citines, qui est sub-  
ditus sive adherens regis Hungariae  
. . . . . vadit pars, quod dicta pars pe-  
nitus revocetur, ita quod de ipso loco se non  
intromittat ulterius, salvo si videret, quod co-  
mes Johannes vellet illud castrum dare. . . .

А истога дана заключено е јошъ и ово:

Scribatur comiti Sibenici: . . . super facto  
Almisii, de quo vobis data est lata spes  
ex parte cuiusdam ser Saraceni Cose,  
qui est ex confinatis Sibenici, et quem co-  
mes Johannes de Citina ut dicitur,  
elegit in castellanum dicti castri . . . . . de-  
beatis obtinere dictum castrum Almisii, per  
viam concordii . . . . . nec debeatis  
dictum castrum furtive neque per vim modo  
aliquo acceptare seu accipere.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VI. ch. 100.)

## COLXXXIX. 1417. 4. Maii.

Наставленѣ капетану Кулфа тичуѣ се Балше.  
(Скраѣено.)

Quod fiat comissio nobili viro ser Jacobo Trivisano, capitaneo generali Culphi, ut infra. Nos Thomas Mocenigo etc. . . . .  
. . . . Factis deliberationibus et datis ordinibus suprascriptis, volumus quod ire debeas Scutarum, eundo usque sanctum Sercium, pro visitatione locorum et conforto subditorum nostrorum, informando te a rectore nostro Scutari, de novis omnibus occurrentibus, et quod sit sollicitus et vigilet ad utilitatem et comodum locorum nostrorum, pro honore et statu nostri domini; et si casus daret, quod essendo in flumeria Scutari, Balsa veniret ad colloquium tecum, vel aliquem ex suis mitteret, debeas cum ipso vel cum suis uti bonis et amicabilibus verbis, quae tuae sapientiae videbuntur, ut dictus Balsa habeat causam, perseverandi in benivolentia et pace nobiscum; et si quid esset vel occurreret novi, studeas nobis significare, non posendo stare in dicto loca ultra tres dies.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VI. ch. 143.

## CCXC. 1417. 16. Februarii.

Закљученъ , послати нешто войске у градъ Скадаръ, почемъ се тамошњи кнезъ тужи, да се Балша опетъ непријатељски показуе. (Скраћено.)

Cum per ea quae scribit comes et capitaneus noster Scutari, significando de modis, quos tenet Balsa, in damnificando subditos et fideles nostros illarum partium, et ulterius quod subditi nostri de inde, videntes se damnificari, murmurant et tenent ratiocinamenta inter se conquerentes et cet. Bonum sit et utile pro securitate nostri status, in illis partibus providere. Vadit pars, quod de primis banderiis, quae fiunt sive scribentur ad nostrum stipendium, mitti debeant una de XXV vel XXX pagis, cum illis modis conditionibus et formis, quae melius collegio videbuntur, quam banderiam dictus comes et capitaneus debeat apud se retinere in castro Scutari, pro securitate et defensione loci predicti . . . . . et ulterius sit in libertate dicti comitis . . . . . procedendi contra illos, qui sibi apparerent suspecti . . . .

Et ulterius debeat dominium stipendiare de hinc equites triginta, qui se fulcire debeant equis de inde, sed debeant facere monstram armatam de hinc, et se expedire et ire cum dictis peditibus.

**CCXCI. 1418. 28. Maii.**

Одговоръ кнезу Шибеничкомъ, да се одобрава уговоръ,  
кои е овај заключіо са кнезомъ Јованомъ Цетинь-  
скимъ.

Quod respondeatur nostro comiti Si-  
benici in hac forma, videlicet:

Recepimus litteras vestras datas Sibenici,  
die vigesimo septimo Aprilis proxime prae-  
teriti, effectualiter continentis, quod devenis-  
tis ad concordium cum comite Johanne  
de Cetinis et cet. et quod superinde fac-  
tae sunt utrinque et sigillatae patentes litte-  
rae, et de omnibus contentis in vestris litte-  
ris suprascriptis plene remansimus informati;  
quibus intellectis vobis respondemus, quod  
contenti sumus, quod debeatis ipsum concor-  
dium confirmare per illud maius tempus, quod  
vobis erit possibile, et ultra illud tempus quod  
erit specificatum, per illud tempus, de quo  
postea partes erunt concordis, quo finito,  
pars quae vellet rumpere, debeat notificare  
alteri parti per quindecim dies ante.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 18.

**CCXCII. 1418. 21. Julii.**

Налогъ посланнеу идуъемъ султану Турскомъ Кршиій,  
да иште натрагъ за госпою ньову, градове Авлону и  
Канну, кое су Турци освоили.

Quia sicut notum est, locus Avalone  
pervenit ad manus Turchorum, et con-

sideratis his, quod dicti Turchi dietim attentant contra nostros, et attentare possent contra insulam nostram Corphoy et navigia nostra inde transeuntia, bonum sit providere: Vadit pars: quod comittatur dicto nostro baiulo, ituro Constantinopolim, quod si ibit ad praesentiam dicti Chirici Turchi, et perveniet ad praticam pacis, debeat cum illis bonis modis et verbis, quae suae prudentiae videbuntur, instare et procurare, quod locus Avalonae et Caninae, et alia loca sua, restituantur dominae cuius erant, quia dominus suus fuit civis noster, et ipsa similiter civis nostra est. Et si videret, quod dictus dominus ad hoc condescendere nolet, detur eidem libertas, possendi promittere et expendere pro habendo locum praedictum Avalonae, Caninae et alia loca, quae tenebat dicta domina, in manibus nostris, usque ad quantitatem ducatorum VIII mille et ab inde infra, quam melius facere poterit; et si videret, quod hoc obtinere non posset, et haberet impedire conclusionem pacis, debeat se retrahere a dicta requisitione, et sequatur formam suae comissionis.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 26.

CCXCIII. 1418. 23. Julii.

Наставленъ за посланика идуеъгъ къ Турекомъ еулану  
Кршиій. (Скрафено.)

Comissio nobili viro Bertucio Diedo,  
ituro baiuloet ambassiatori ad Chirici  
soldanum Turchorum.



Nos Thomas Mocenigo etc. . . . . concludere pacem, in forma pacis factae per ser Delphinum Venerio, cum hac additione, videlicet: quod cum sentiamus, quod ipse dominus Turchus mandaverit, quod caravanæ quae consveverunt descendere cum plumbo aliisque mercationibus, ad loca nostra Durachii et Alexii, pro sale, et ad alia loca nostra Albaniae pro aliis mercationibus, amplius non permittantur venire ad loca nostra praedicta, volumus quod in dicta pace de hoc fieri facies specialem mentionem, et quod per litteras et nuntios suos, amoveat et casset omnia precepta et devetus, quos fecisset super praedictis, ita quod strate sint libere et aperte ac secure, ac quod caravanæ possint descendere, sicut consveverant per elapsam, in signum bonae amicitiae et dilectionis, sicut est debitum et honestum . . . . . (insuper studeat aquirere loca Avalonam et Caninam et alia, ut est in parte de 21. Julii.)

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 27.

### CCXCIV. 1419. 8 Aprilis.

Наставленъ капетану Кулфа, како да обезбеди градове Скадаръ и Дривастъ противъ Балше, и како да овоме шкоди, што више може. (Скраћено.)

Scribatur capitaneo generali Culphy in hac forma:

Volentes securitati et conservationi locorum nostrorum Dalmatiae et Albaniae facere provisionem, fidelitati vestrae mandamus . . . . . debeat is cum omnibus aliis galeis vobis commissis, et cum ballistariis, quos pro subventionem locorum nostrorum Scutari et Drivasti mittimus, cum una galeota banchorum viginti . . . . . ire prestissime versus Boianam . . . . . et cum eritis apud Dulcignum, debeat is in dicto vestro accessu, quia ibi est una galeota, si vobis videbitur, antequam intretis Boianam, illam galeotam comburere vel capi facere . . . . . per Boianam debeat is ire sursum quantum poteritis, . . . . et cum eritis sursum . . . . . providere debeat is, de mittendo dictos ballistarios cum securitate, ad locum nostrum Scutari, faciendo illos ire per viam fluminis vel per viam terrae, ut vobis melius apparebit . . . . . et missis dictis ballistariis ad locum nostrum Scutari . . . . . debeat is vigilare continue cum diligenti sollicitudine, ad ruinam, damnum et terminium Balsae et locorum suorum, et inferre et inferri facere totis vestris viribus, omnibus modis quibus poteritis, per dictam Boianam et per omnes alias vias et loca, per quae vobis videbuntur, quam plura damna poteritis dicto Balsae et locis eius, faciendo illis cum securitate vestra galearum et zummarum vobis commissarum, poni et fieri praedas, incendia et derobationes, et

alia quaeque, cum quibus ipsi Balsae et dictis locis suis damnum et laesionem inferre poteritis . . . . .

Quia informationem habemus, Balsam multis de causis fore exosum valde suismet, de quibus essent et invenirentur, qui contra eum procurarent et facerent guerram et novitates, et tam de dominis circumstantibus et nobilibus, quam de aliis, volumus quod debeat circa hoc scire et sentire a comite et capitaneo Scutari . . . . . et si inveneritis et habere poteritis de praedictis, qui velint facere guerram et novitates contra Balsam, . . . . . sumus contenti, quod possitis expendere mille ducatos, promittendo praedictis etc. . . . .

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 69.

### CCXCV. 1419. 28. Maii.

Налаже се капетану Кула и кнезу Скадарскомъ, да гледе предобити господаре Албаніе противъ Балше на Млетачку страну. (Скраћено.)

Cum pridie auctoritate istius consilii mandatum fuerit capitaneo nostro Culphy et comiti et provisorio nostro Scutari, quod pro removendo Balsam ab insidiis locorum nostrorum partium Albaniae, possent expendere in dominis circumstantibus et nobilibus et aliis personis, qui facerent guerram dicto Balsae, usque ducatos mille, quae provisio esset multum utilis et fructuosa, si haberet

effectum; sed si non haberet effectum, necessario est providendum per aliam viam et modum, ut inimicus noster praedictus non stet ad campum circa loca nostra, et quod de cetero non habeat causam, nostras partes de inde molestandi, propterea vadit pars: quod comittatur iisdem . . . . . debeant procurare et sollicitare . . . . . de reducendo Ju-  
 num Castrioti, dominum Coiam, Tamisium magnum, et Georgium et Alexium Juras fratres, ad nostram provisionem annualem, continuis temporibus, cum hac conditione, quod si dedissent aliquod subsidium vel favorem ipsi Balsae, debeant illum remove, et si fieri posset, quod etiam faciant guerram et novitatem ipsi Balsae, et cum hac etiam alia conditione, quod de cetero non dent nec dari faciant aliquod subsidium vel favorem praedicto Balsae, sed debeant dare auxilium et favorem locis et subditis nostris, quando opprimerentur a Balsae praedicto, promittendo de provisione dicto Juano et domino Coia ducatos trecentos pro quolibet, et aliis illud minus, quod facere poterunt. . . . .

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 78.

### CCXCVI. 1419. 10. Junii.

Наставленѣ за управителѣ Скадра, како да гледи шкодити Балши помоћу Турака, и како да га гледи упропастити и живота лишити помоћу новаца и уцене, проглашене за његову главу.

Cum per litteras potestatis nostri Dri-

vasti, quas capitaneus noster Culphy suis litteris introclusas misit nostro dominio, habeatur: dictam terram pervenisse ad manus Balsae, et dictum nostrum potestatem se reduxisse intra castrum; ex quo necessarium est facere provisionem; sed dicta provisio de hinc fieri non potest, nisi cum maxima expensa nostra; et propterea necessarium est per omnes modos et vias possibles, ad recuperationem dictae terrae et ad destructionem dicti Balsae providere, vadit pars: quod quanto prestius esse potest, mitti debeant ad manus rectorum nostrorum Scutarum, illorum videlicet, qui se reperient in regimine, et capitaneo nostro Culphy, si ibi erit, duccos quinque millia, et mandetur dictis nostris rectoribus, quod debeant se intelligere cum capitaneo Schopie Turcho, vel cum aliis capitaneis, qui in partibus illis essent, si ad hoc erunt potentes, et cum eis ad compositionem venire, ad dictam summam duccorum quinque millium et ab inde infra, sicut melius facere poterunt, si et in quantum dictum Balsam et gentes suas, expellat de campo et territorio nostro, et etiam quod sit contra dictum Balsam ad ruinam et destructionem suam, cum conditione, quod omnia fortilia quae aquirentur, tam nostra quam dicti Balsae, remaneant nostro dominio. Et si ultra dictam quantitatem necessarium esset facere aliam promissionem dicto capitaneo Turchorum, quem ad hoc eligerent, detur eis liber-

tas, possendi eidem promittere loco illius provisionis, quae dabatur Balsae, ducatos mille in anno, promittente dicto capitaneo Turchorum, tam dictam nostram contratam, quam totum illud, quod teneremus in dictis partibus, defendere et custodire, tam a dicto Balsa, quam a quibuscunque aliis, volentibus loca nostra de inde molestare: et quia dicti rectores habuerunt in mandatis, soldandi de dominis et gentibus de inde, si dicti nostri rectores se concordarent cum dictis Turchis, comittatur eis, quod aliam expensam non debeant facere in gentibus de inde.

Verum quia fertur, quod via a Scutari usque Schopiam non est bene secunda, ordinetur et mandetur capitaneo nostro Culphy et rectoribus nostris Scutari, quod non existente dicta via secunda, debeant facere conduci, usque Durachium, vel per aliam viam ut eis videbitur, unam personam sufficientem et aptam, quae vadat ad exequendum mandatum nostrum, prout superius continetur.

Et ulterius comittatur dictis nostris rectoribus, quod sicut dictus Balsa habet taleam ducatorum quatuor millium, sic publicare faciant taleam ducatorum octomillium, dando dictum Balsam vivum in manibus nostris, aut interficiendo eundem.

Alii volunt: Cum per experientiam videtur mala intentio et perversitas Balsae, inimi-

ci nostri, contra terras et loca nostra partium **Albaniae**, et nulla sit melior provisio ad obvian-  
 dum suae pravae intentioni, quam querere  
 eius mortem per omnem modum et viam possi-  
 bilem, vadit pars: quod mandetur comiti et ca-  
 pitaneo nostro **Scutari**, vel successori suo et  
 provisorio nostro ibidem, quod si sibi videbi-  
 tur, debeant reducere **Stefanum Maramonte**,  
 attinentem dicti **Balsae**, quod  
 det dictum **Balsam** in manibus nostri  
 dominii, aut faciat ipsum mori, promit-  
 tendo sibi, quod dominatio nostra sibi dabit  
 omne auxilium, ut aquirere possit et habere  
 dominium **Dulcigni**, **Antibari**, **Budue**  
 et aliorum locorum, qui in praesenti possi-  
 dentur per **Balsam**, a **Boiana** citra, et ulte-  
 rius ducatos quatuor millia. Si autem praedic-  
 tis nostris rectoribus per dictum modum non  
 videretur posse obtinere dictam nostram in-  
 tentionem, debeant dicti rectores dare tale-  
 am ducatorum octo millium dicto  
**Balsae**, ita quod quicumque eum dederit  
 in forciam nostram vivum, aut eum interfecerit,  
 habeat ipsam taleam; et debeant ipsi recto-  
 res in locis **Albaniae**, facere ipsam taleam  
 eridari et publicari, ut cunctis manifesta sit.  
 Insuper detur libertas collegio, posse prati-  
 care cum illis personis, quae sibi videbuntur,  
 ut saprascripta nostra intentio habeat ef-  
 fectum.

Ser **Jeronymus Contareno** vult:  
 Quia sicut manifestum est civitas **Drivasti**

